
Orationes Forẽ-
SES, ET RESPONSA

Iudicum illuſtrium, Quæ quatuor partibus conſtant.

IVLIANO TABOETIO ..ſci apud Allobroges Patrono, autore.

Ad illuſtriſsimum Principem Carolum Lothoringiæ gentis Cardinalem, & Franciæ Patricium.



Cum priuilegio Regis.

Pariſiis apud Galeotum à Prato, ad primam Regij palatij columnam.

1551

Henry par la grace de Dieu roy de France, Au Preuost de Paris, seneschal de Lyon, bailly de Roue, & a tous autres iusticiers, officiers, ou a leurs lieutenans salut: De la partie de nostre amé & feal conseiller, & procureur general en nostre court de parlemẽt de Sauoye, maistre Iuliẽ tabouet, Nous a esté remõstré q̃ puis naguieres il auroit cõposé quelque petit oeuure intitulé Orationes Forenses, & responsa Iudicũ illustrium, cõtenant quatre parties. Lequel oeuure il feroit volũtiers imprimer, s'il nous plaisoit surce luy octroyer permission de ce faire: Ensemble priuilege pour six ans, a ce q̃ ledict oeuure ne peust estre imprimé par autre q̃ par celluy qu'il esliroit pour ce faire, a fin de pouoir par luy satisfaire aux fraiz, tant de l'impression que corrections, & autres vacations surce requises & necessaires. Parquoy apres auoir par nous fait visiter ledict liure .le tout consideré, inclinans a la supplication & requeste dudict Tabouet, quant a ce luy auons permis & permettons qu'il puisse faire imprimer ledict oeuure ainsi par luy cõposé.& vendre par telz Libraires & Imprimeurs que bon luy semblera. En defendãt par nous a tous Libraires, Imprimeurs, & autres quelzcõques qu'ilz n'ayent a imprimer, faire imprimer ne vendre lesdictz liures, cõposez par ledict Tabouet, sans son cõmandement & vouloir expres. Et ce durant le temps & terme de six ans expirez & finiz, a compter du iour & datte de l'impression dudict oeuure, Sur peine de cõfisquation des liures qu'ilz auroient imprimez & venduz, & d'amende arbitraire a nous a appliquer, & des dõmaiges & interestz de celluy auquel ledict Tabouet en aura donné la charge. Si vous mandons & cõmandons par ces presentes & a chascun de vous endroict soy, ficõme a luy appartiendra, que de noz presens grace, permission & octroy, vous faciez souffrir & laissez iouyr ledict suppliant plainemẽt & paisiblemẽt: En faisant, ou faisant faire, inhibitions & defenses de par nous, a tous Imprimeurs, Libraires, & autres quelzconques, q̃ durant le tẽps & espace de six ans apres ensuyuans, ilz n'ayent a imprimer ne vẽdre ledict oeuure, ainsi composé par ledict Tabouet, sans son vouloir & cõgé. Et ce sur peine de cõfiscation des liures qu'ilz auroyent imprimez & venduz & d'amende arbitraire, le tout a nous a appliquer. car tel est nostre plaisir, Nonobstãt opposition ou appellation lesdictes inhibitions & defenses tenans, Donné a Paris le. 5. iour du moys de Nouembre, l'an de grace. 1551. & de nostre regne le cinquiesme.

Par le Roy en son conseil S. Goret.

Illustrissimo Principi,

ET IMPRIMIS REVE-
rendo Patri Carolo Lothoringiæ
gentis, & familiæ Cardinali,
Iulianus Taboetius S.



Vm Diuione, nuper Præsul clementissime, & princeps illustrissime, in Senatu pro Republica cæsim, & punctim, certarem aduersus eos qui gratia, fide, doctrina, & opibus valebant plurimum, quasi feriatus à foro per aliquot, non dierum (qui vix integri ad depulsiones sufficiebant) sed noctium velut atticarum, interualla contexui raptim, & tumultuarie quorundam responsa Iudicum illustrium: adiectis in fronte negotij controuersi, breuibus argumẽtis, quæ Lutetiam appulsus, vbi primum amicis pluribus, & doctis, & probæ monetæ viris, videnda, & dispungenda credidi. Multis proculdubio, & assiduis precibus impetrarunt illi (qui suo iure quodam imperare potuerunt)

vt ſinerem hæc eadem tipis committi, & exire in publicum. Quod eo feci libentius, quod ab illis haſce præmaturas lucubrationes probari citra fucum præſens vidi, & abſens intellexi, qui totius vitæ curriculum in baſilica Pariſienſi, & forenſi paleſtra, cauſis orandis, & reliquis duobus aduocationis muneribus implendis (cum ſumma nominis gloria) conſumpſiſſent. Quas tibi, princeps optime, & inter eruditos doctiſsime, vt omnium literarum ornamentis, & compoſitis moribus inſtructiſsimo, dedicandas cenſui. Eas grato vt omnia ſoles) animo precor excipias, & ad topicam Ciuilis (quam iamdudum parturio) ſapientiæ methodum peragendã ipſum me vehementer excitabis.

Argumẽtum Orationis primæ in senatu Tholosano concertatæ.

Crispinus, Brito uenetus, Latinæ iuxta & Græcæ doctus adolescẽs: inter epulas, de libero temerè loquutus arbitrio, & Christianis operibus, blasphemiæ, lutheraniq; dogmatis reus, Tholosæ apud decuriones in capitolio factus est. Testibus ille in frõtem commissis, criminis publici compertus, tentata fori translatione, prophanos iudices reiectos eiurauit, & ad pontificios, & catholicũ fidei censorem remitti (uerticis initiati, & areolæ prætextu) certatim & obnixæ postulauit: denegata iustis de causis remissione. Capitolini, decuriones Crispinum, ut blasphemum & seditiosum, honorariæ mulctæ reum, per ora multitudinis tædiferi, & plani pedis habitu traducendum pronunciarunt. Ad Senatum recta prouocauit Crispinus, & tandem obtinuit ut pró se dicturus audiretur, prouocationísque causas oraret, quas in hanc sententiam recitauit.

ORATIO CRISPINI AD Senatum Tholosanum, Calendis sextilibus habita publicitus.



Ideo uos Iudices (quantũ coniectura adsequor) magnopere commoueri, cum accusatoris mei, qui prior, grauiter & succinctè dixit, tum eius orationis acrimonia, Video omnium vestrum ora,

in me, atque oculos esse conuersos. Video pariter hos omnes (qui præsto adsunt) auditores, de meo, vitæque periculo sollicitos esse plurimum. Grata est, & plusquam iucunda in his ce meis calamitatibus vestra in me voluntas. Quæ me (supráque dici queat) afflictum consolatur & recreat: fatale siquidem senatus suffragium, & comitiale decretum innocentiæ fidutia, vel impauidus expecto. Boni certe & æqui consulturus, in gratiam dei opt. ter maximi, exẽplo Socratis: Quicquid in vtramque partem à vobis selecti patres exierit, siue Thita lugubre, siue Euangelium: dum liceat mihi (ad minuendam virulentæ accusationis inuidiam) more maiorum, legitimè apud vos defensionis, vti beneficio, aduersus eos, qui publici iudicij ipsũ me reum in capitolio, nõ sine indelebili mei nominis infamia, & summa iniuria fecerunt: à quibus per calumniam dicor hostis Reipublicæ christianæ. Purpurati & apostolici contemptor ordinis, discordiæ popularis turbulentus & seditiosus autor, & ve

luti

luti quoddam seminarium, à quibus faciẽdæ inuidiæ gratia, maiestatis in deum, in diuos: in pontificias constitutiones insimulor. Cæterũ (quod me grauius habet) medio nominatim ostenso digito: vociferantur etiam illi nouercales inimici, me sacris & sacrificiis exterminatum, stigiis manibus deuotũ, atque in pontificias animaduersiones incidisse clamitãt, adeo, vt (res mea velut omnis ad restim redierit) mãdetur mihi laqueus: adeo, vt nullus causæ meæ celebris hodie patronus repertus sit, qui pro me tuendo suam polliceri operam audeat: adeo, vt meum vnius conspectum, diuturni carceris pedore languidum: præsentiam, & colloquiũ, à fronte, & à tergo deffugiãt, mea tutelam innocentiæ detrectent omnes: defensionis deniq; officio, & lucis vsura indignum, non occultè profiteantur. Tanto premor odio iudices, vt indicta causa, vulgi & imperitæ multitudinis iudicio præceps in flammas sceleris & impietatis vltrices, diripiendus sim. Quocirca graues, & multæ versantur in aio meo

cogitationes, quæ mihi nullam particulam, vel diurnæ, vel nocternę quietis impertiunt: voluo singulis prope momentis, & reuoluo millies (velut Lugdunẽsem rhetor dicturus ad arã) quàm pessimè per id temporis cum rebus humanis agatur. Quam hodie sit arduũ Christiano viro, citra, vel nominis, vel vitæ iacturam inter homines sordidis vitiorum alimẽtis inquinatos versari. Quam difficile Christi partes tueri sine calumnia, Quod cum Euangelio pugnat: Quod Apostolicis decretis aduersatur. Quod Ecclesiam proscindit. Id hodie pluribus in locis plausibile est, & mordicus. Receptũ religiones à maioribus acceptas probat, & pertinacissimè tuetur vulgus, vt inquirere in eas, scelus esse ducatur, propter solius autoritatẽ vetustatis, cui passim creditur, tanquã cognitæ veritati, magno regni totius ecclesiastici detrimento, quod indies magis ac magis augetur propter imperitiam eorum qui præsunt ecclesiæ, propter auaritiam eorum qui dominãtur in domo Iacob, propter incuriam

curiam, sordes, impietatem eorum qui vulpinãtur sub specie virtutis, & sanctimoniæ titulo, qui nouas serunt doctrinas: cisternas fodiunt, relictis fontibus nouas, & Antichristianas cõminiscuntur sanctiones, & cæremonias, cõtra verbum Dei. Pro quo carceres diu passus, vitam & animam votis omnibus despondeo. Quanuis aduersarii falso & impudenter ipsum me paßim insimularint esse Pelagiani dogmatis asseclam. Quod à veritate quantum sit alienum, & vitæ ratio, & pristini mores Crispini, docẽt & euincunt. Pluribus temperabo verbis apud vos vti Patres, quod à verbis nõ pendeat nostræ appellationis æquitas, sed ab ĩspicicẽdę litis instrumẽto. Hoc vnũ contẽdo Patres, vt capitolinis actis, decretis, simul & appellatiõe circũscriptis, cõstituatur ante omnia iudicium, trãslatiuè recipiantur exceptiones, ad ecclesiasticos iudices, & fidei censorem (initiati verticis beneficio) remittatur negotiũ postulo. Cõtentus hisce paucis, loqui cesso, ne curiæ præceptis (quibus

inhibita est verbosioris defensionis facultas, aduersari videar.

HORRIVS FIDEI CENSOR in Gallia, catholicus, Paucis hisce verbis ad Senatum præsens egit.

NOn mea, me volũtas, selecti patres: nullúsque priuatæ laudis aditus: sed meæ vitæ, & officij, rationes, à primis annis pro Christiana Repub. susceptæ, in vestrum prodire conspectum hodie cõpulerunt, neque (ita me Deus amet) ad vos ego venio Crispinum accusaturus, aut impugnaturus, appellationis emissæ remedium: sed defensurus ecclesiæ partes, venio defensurus eos pro mea virili: sine quibus Christi ciuitas diutius stare non potest: monasticæ pietatis, & Sorbonicæ theologiæ professores: Quos pro sacrosanctæ persuasionis, & veritatis Euangelicæ tutella, frequẽtes mecum adesse videtis, vita, moribus & doctrina venerabiles, aduersus eos quibus sese Crispinus, à linea pietatis alienus, addixit

studio

ſtudio & conatu peruicaci: quorum thecnis, factionibus, præſtigiis, factum eſt, vt inuicta, & ſublimis doctrina Chriſti, & vocis Euāgelicæ veritas ſepulta, & ignobilis prope iaceat in Gallia Narbonenſi. Porro ne verboſa orationis præfatione, veſtrū patres rememorari, videar iudicium, finem dicēdi facio. Scriptis etenim liquidiſque probationibus, non eloquentia forenſi conſtat huiuſce negotij fides, & autoritas, à triumuirali collegio ſuſtinēda iure magiſtratus. Quod panegyrico diiudicatū iri ſenatuſconſulto pretium eſt opere, quatenus cæteris hæreticorū aſſeclis tranſeat in exemplum.

AQVEVS, SABATERIVS,
Menſeucallus, triumviri in Senatu Tholoſano fiſcales.

POſtulata formulariæ, & ſolennis appellationis venia, aduerſus Criſpinum prouocationis reum, ſeſe cauſæ uindices obtulerūt, iure regio, & populari: non mulcta, ſed flammis agendum clamitantes, & in au-

ditorum gratiam, non lingua, ſed ſcriptis clauſulas fiſcales conceperunt.

DECRETVM SENATVS vniuerſim conſulti.



Auſa vtrinque perorata præſes, amplius & ad conſilium pronun ciauit quòd præſentis (ipſi curiæ) diſceptationis non videretur.

SEnatus (actis decurionũ, cognitione, & iudicatis, cũ prouocatione circũductis) Criſpinum, raſi verticis præſidio, tranſlatiuiſque preſcriptionibus deiectum, ex eiſdem capitibus, incendio præſenti, & flammis cõſumendum, lingua prius amputata declarauit.

¶ Cuius declarationis, mox ſequuta eſt exequutio.



Ranciſcus Bertrandus, Tholoſanus præſes, eloquentia, & ſacris literis ſuſpiciẽdus Senatuſcõſulti cauſas ſcitæ, & plauſibiliter explicuit, Eccleſia Chriſti ſponſa (quæ digito Dei regitur) non abs

abs re, cuiuis homini datum esse liberum arbitrium, multis decretis & synodis docuit: & eos qui contraria preciperent, damnauit impietatis.

Secundo Geneseos capite, Moses ex ore Dei scripsit primis illis fuisse parentibus interdictum, ne fructu arboris (cui scientiæ boni & mali nomen erat) vterentur, denunciato corporis & animæ periculo. Rebelles diuinis iussis, & illo contemptim abusi fructu, multiplices pro se & suis pœnas incurrerũt: quas nemo legitimas esse censeret, si defuisset illis libera trãsgrediendi, vel obtemperandi facultas.

Leuitici 26 capite, Bonorũm copiã promisit Deus filiis Israel, suis custodientibus mandata, rerum cõtra omnium penuriam, & fructuum sterilitatem, interminatus est, transgredientibus. Fuit ergo illis obseruandæ, aut præuaricandæ legis potestas.

Hieremie 3. & 7. Monuit deus, oraculo sui prophetiæ, Synagogam idolorum cultricem, hisce verbis: Tu fornicata es cũ mul-

tis amatoribus: Reuertere tamē ad me Hierusalem, & suscipiam te: Bonas facite vias vestras, & studia vestra, & habitabo vobiscum in loco isto. Quid aliud inferūt istec testimonia, sacris ex literis deprompta, preter integram humanæ voluntatis libertatē, quæ possit ad Deum suum reuerti, Bonum amplecti, & malum execrari. falluntur igitur qui ineuitabilem & inflexibilem hominibus Christianis operandi tribuunt necessitatem.

Primo Prouerbiorum dixit Deus filiis Israel, Quia vocaui vos ad me, & renuistis: extendi manum meam, & non fuit qui respiceret: despexistis omne cōsilium meum, & increpationes meas neglexistis: ego quoque in interitu vestro ridebo.

Matthæi 23. Christus Iudæorum insimulans perfidiam, Hierusalem (ait) Hierusalem, quæ occidis Prophetas: & lapidas eos qui ad te missi sunt, Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti? Voluit

luit ergo Christus congregare in vnum Iudæos: atqui Iudæorum libera volūtas noluit, & repugnauit diuinæ vocationi.

Matthæi 25. Tribus seruis talenta distribuuntur, vni quinque: alteri duo, & vnum tertio. Laudantur à Deo distributore, serui, quod sint nonnihil superlucrati sua industria, labore & operibus, quāuis acceperint omnia celitus & liberaliter, ad præmium tamen & gaudium perpetuum inuitantur, quasi benemeriti. Notatur & arguitur ille solus, qui vnum talentum sine lucro retulit acceptū: Iubetúrque præcipitari in tenebras exteriores, quorsum tendunt hęc axiomata? Nempe istuc, vt operis ignauia vitio detur, diligentia virtuti, præmio & laudi.

Matthæi 22. Mitti iubetur in gehēnam ignis ille qui Regij filij nuptias ingressus, veste caruit nuptiali, quam potuit habere, & noluit: maluit enim sordidus & immundus esse, quàm virtutibus ornari coram Deo.

Matthæi 23. Virgines decem fatuas repudiat Christus, & suo indignas consor-

tio declarat, quod negligentes fuissent suis oleum lāpadibus imponere. Prudentes verò (in quarum domibus lampades oleo instructæ & ardentes erant) Receptæ sunt, & iudicatæ Christi sponsi prætorio dignissimæ.

Matthæi 21, Paterfamilias, euangelicus, suis duobus liberis præcepit in suam ire vineam, quorum prior nominatim, & apertè recusauit ire, qui pauco postea temporis interstitio pœnitentia ductus, atque voluntate mutata, in vineam se contulit, operandi gratia. Posterior ire promisit, sed contempto patris edicto, non iuit: nónne in vtroque libera voluntatis integritas mutabilis & reuocabilis emicuit?

Alibi dicitur, Seruus sciens voluntatem domini sui, & non faciens, plagis vapulabit multis. Voluntarium esse peccatum, nemo reuocat in dubium: qui volūtatis arbitrium tollunt, omnes virtutum igniculos, alimenta gloriosas, & honestas actiones tollunt: Laudis adimunt, & vituperationis materiam.

Præmium

Præmium bonorum, & supplicia malorum confundunt. & quod grauius est, & maiore dignum piaculo, deum faciunt iniustissimũ, qui mercedem bonis, cruciatus malis operibus attribuat.

Quid sibi volũt illa Christi verba Matthæi 14. Pauperes semper habetis vobiscũ, & cum volueritis, potestis illis benefacere.

Quid illa Deuteronomij oracula? Mãdatum quod ego præcipio tibi, non est supra te, sed iuxta te, vt facias illud, proposui in cõspectu tuo vitam, & bonum. Proposui mortem & malum: Elige ergo vitam, & viuas, & semen tuum.

Quid illa Ecclesiastici. 13. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit in manu consilii sui: adiecit mandata & præcepta, Si volueris mandata conseruare, conseruabunt te: Apposuit tibi aquam, & ignem, ad quodcũque volueris porrige manum tuam, ante hominem, vita & mors, bonum, & malum, quod placuerit dabitur ei.

Quid quæso clarius, quid apertius, quid

deniq; manifestius dici potuit, ad declarandam humanæ voluntatis iurisdictionem. Ecclesiastici.13. capite scriptũ reperitur, Eligent magis mortem quàm vitam, omnes qui residui fuerunt de hac cognatione pessima. 2. Regũ 24. Data est optio regi Dauid, vt eligeret plagam ex tribus alteram, per Gad prophetã oraculo Dei nunciatis, in hæc verba, aut septẽ annis, veniet tibi fames in terra tua, aut tribus mensibus, fugies aduersarios tuos, & illi te persequẽtur, aut certè tribus diebus erit pestilentia in terra tua, nũc ergo delibera: & vide quid respondeam domino, qui me misit. Dixit autem Dauid, coarctor nimis, sed melius est, vt incidã in manus Dei, quàm in manus hominum.

Elegit voluntariè Dauid, consulto, & deliberatè elegit pestilentiam, in noxam populi sui, cõtra diuinũ mandatũ dinumerati: Recipiscente, & cõuerso rege, cessauit plaga.

Quid aliud sonãt illa Ecclesiastici verba, qui potuit transgredi, & non est transgressus facere mala, & non fecit

Quid

Quid illa Pauli ad Corinthios.15. Ego plantaui, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit.

Quid illa eiusdē Pauli, Dei gratia sum id quod sum: Abundātius his omnibus laboraui, non ego, sed gratia Dei mecum, quæ faciat homines bone aut malè operationis socios, & cooperatores Dei.

Crispinus itaque liberum impiè & hæreticè negauit arbitrium, contra prædicationem Esaiæ, populū iussu Dei alloquētis: Si volueritis, ait, & audieritis me, bona terræ comedetis. Quòd si nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis, gladius vos deuorabit. Volētes Deo adhærere, beati fiūt, & diuites: nolentes verò, pereūt, & trucidātur.

Lauamini (ait idē Esaias) mūdi estote, auferte malum cogitationum vestrarū, desinite operari peruerse: quærite iudiciū, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduā. Est igitur facultatis humanę iustitiā operari, derelinquere impietatē, & oppresis opitulari, atque viduis.

18.cap. *Verißimam Esaiæ sententiam probauit Ezechiel, si pœnitentiam egerit impius ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iustitiam, vita viuet, & non morietur, & omnium iniquitatum nõ recordabor: in iustitia sua quam operatus est, viuet.*


Proiicite à vobis omnes præuaricationes vestras, & facite vobis cor nouũ, & spiritum nouũ, ne moriamini: Quia nolo mortem peccatoris. Reuertimini, & viuite, auertat se impius ab ĩpietate sua, quam operatus est, & ipse animam suam viuam cõseruabit, & non morietur.

Zachariæ 1. *scriptũ est, Conuertimini ad me filij domus Israel, & ego conuertar ad vos, dixit dominus exercituum.*

Ioannis 8. *cap. Christus Apostolis dixit, Nunquid & vos vultis abire, & in me nõ credere?*

Ad Timotheũ 3. *Paulus: omnis, ait scriptura, diuinitus inspirata, vtilis est ad docẽdum,*

dum,ad corripiendũ,ad erudiẽdum,in iustitia,vt perfectus sit homo Dei,ad omne opus bonum instructus. Porro ad quid vtilis foret Christi doctrina,baptismus,paßio:quatuor denique virtutes Philosophicæ,tres ille Christianæ,Spes,Fides,Charitas,si fiant,& contingãt omnia necessario,si Cainus, Adami primogenitus,parricidiũ fato,& nõ liberè: Si Dauid,adulterium: si Iudas,sacrilegium admiserunt,ridicula,& inanis videri debet virtutum à vitiis, & suppliciorũ à præmiis distinctio. Frustra,& gratis Christus factus est homo,seruus,captiuus,mortalis,& passibilis. Frustra pro veritate passi sunt Martyres innumeri, & pastores,atque sacrosancta Ecclesiæ doctores,quos sequi,& eorũ fortia,& heroica facta amplecti:certiꝰ est, atq; sanctius,quàm istis iampridẽ explosis pseudoprophetis auscultare,non vereamur receptos ab ecclesia doctores Hieronymum & Augustinũ imitari,quibus placuit verè & scitè,de libero scripsisse arbitrio, quod nihil est sine gratia Dei,q̃ nos præueniat,moneat,



incitet, & impellat: vt operis nonnihil boni agamus. Omnia siquidẽ bona opera, præcedit gratia Dei miserentis, impiè tamen negatur liberæ voluntatis concursus, quanuis omnia quæ à nobis bona fiãt, sint dona Dei: quia in Deum, & Deo accepta debent referri, imò omnia bona temporalia sunt dona Dei. Quemadmodum (vt præclarè ait Chrisostomus) terra non germinat, nisi pluuias susceperit, nec pluuia fructũ producit, sine terra: ita nec gratia Dei, sine voluntate nostra, aliquid præmio dignum in nobis operatur, nec voluntas sine liberalitate, & gratia Dei potest. Constat enim quosdam mortales trahi diuinitus, quosdam statim Deum sequi.

Atqui, planè infinita est multitudo reliquorum, qui Deo resistant, & contra nitantur. Iudas profectò liberę voluntatis impulsu, periit: at diuus Petrus Bariona, liberæ mentis ad pœnitentiam instructæ, beneficio resipuit: hunc Petrum electi Christiani, Iudam verò Antichristiani, & peruersi, suo

si, suo quique, non coactæ voluntatis arbitrio sequuntur.

RESPONSVM IN EOdem Senatu decisum.



Ernaculus Mõtisalbani iudex Alliesius, à Martello ciue nup aditus, manus iniectionẽ aduersus duruallũ debitorẽ corporis, & fortunarum nexu pigneratum, visis tabulis ꝗde publica subnixis, ante diem destinatun solutioni, decreuit, Quòd is ob æs alienũ grande conflatum, fugæ proximus, & cedere foro paratus videretur.

¶Ad prætorem Quercinatem delata prouocatione.

Diritalli patronus ecclesianus, ad iniustitian decreti patefaciendam. Citauit Vlpiani responsum, in .l. ait prætor. §. si debitorem. ff. de his quæ in fraudem credito. vbi requiritur fuga præsens, neque fugæ suspicio, aut præparatio sufficit.

Citauit illã Augusti imperatoris san-

ctionem, in titulo de exactoribus tributorum. l. 10. C. l. nemo carcerem. vbi ait, nemo in solutionibus debitorum, etiam publicorũ carcerem expauescat, quia carcer inuentus est ad custodiam aduersus noxios, & improbos homines.

Vlpianus. *Citauit. l. aut dãnum. §. solent. de pœnis. solent etiam præsides in carcerem continendos damnare, vt in vinculis contineantur, sed id eos facere non oportet: nam huiusmodi pœnæ sunt interdictæ. Carcer enim ad cõtinendos homines, non ad puniendos, haberi debet.*

Triphonij præterea legem protulit, sitã in titulo de verborum & rerum significatione. l. fugitiuus est. non is qui solum fugiendi cõsilium à domino, suscepit, licet se id acturum iactauerit: sed qui in ipso facto fugæ vitium mentis deduxerit.

Requiritur igitur exequutio, & corporis actus, neque sola propositio, aut animi iactatio, necnon ipsa præparatio sufficit, vt duruallus, tanquam fugitiuus, ignominiosam

ſam prehenſionem debuerit pati.

Adhæc cogitationis pœnam nemo patitur, niſi in criminibus quinque nominatim exceptis: igitur cogitatio fugæ, carceris infamiam non meretur.

Debitor (ait Vlpianus) vt fugitiuus dicatur defraudandi creditoris animus neceſſarius eſt, & latitationis actus.

Tria requiri dixit aduocatus, antequã perſonæ captio, & carcer concedatur delictum, nuncupata corporis obligatio certa, & ad actũ deducta fuga. (vti multis in locis vbertim declaratum reperitur à doctoribus) vt in. l. extat. quod metus cauſa. in. l. ob res alienum. & in authentica imò. de actionibus & obligationibus. C. in præfatione. tituli de priuatis carceribus inhibendis.

Atqui nullũ in hac ſpecie durualli maleficium profertur ab aduerſario, nullus corporis nexus ante idus Septembres, quæ nondum venerunt: igitur quanuis ipſa dies ſolutioni deſtinata pridem ceſſerit, non tamen venit, differẽda erat exactio, colligitur ita- l. cedere diem. de verb. ſig.

que manus iniectionẽ, vt preproperã, & iniu stam conuulsioni obnoxiã videri: Constantius contra stetit, doctrina Baldi fretus, in.l. si quis in tantã.C.vnde vi. & in.l.generali. de decurio.lib.10.Codi.cui sine fuga placuit sufficere fugæ præparationem.

¶Decretum præsidis Prouinciæ.

C*Osta prætoris vicarius, appellatiõe recepta, prioris iudicis decretum, declarauit iniustum. Et eundẽ Duruallum, vt malè captum à carceribus emancipauit, cum solenni impendiorum corollario, & adiecta statæ mulctæ clausula.*

Ad senatum Martellus sine mora prouocauit, auditis duobus primæ notæ patronis, Iacobo alario, & Balbutio. Senatus ordinarij iudicis sententiam preualere censuit.*

Tan & Balbuti.

In hoc Baldi secutus authoritatẽ senatus videtur, quã amplectuntur vniuersi (præter Angelum) iurecõsulti recẽtiores in.d.l.nemo carcerẽ. de exact.tribut. & in.l.diuortio.ff. solu.matr.vbi Alex.citat legẽ pædius.ff. de incẽd.rui. & naufra.vbi quis dicitur rapere ex

re ex

re ex naufragio, quanuis nondum ſit factũ ipſum naufragium, quòd ſufficiat ad crimẽ ipſa naufragij ſuſpicio atque trepidatio.

¶Reſponſum Diuione à Senatu datum.



Ornelius Belnenſis, vt viator equeſter ad aulicũ cõſilium miſſus eſt à Sabiniano ciue, ſolido ĩ dies ſingulos aureo condicto in viaticum, confecto ſtrenuè negotio, reuerſus domum, petiit trium mẽſium ſtipendia paſſus repulſam, adiit ſtatim prætorem regium.

Coram quo, præſens Sabinianus, vltro in ipſa litis proluſione menſis, vnius integrum precium, obtulit: & iuratus affirmauit Cornelium, & quemlibet alium nuncium, potuiſſe, & poſſe à Belna Rothomagum (vbi id temporis rex agebat) appellere, & iſtinc regredi Belnam, menſis vnius, & longe minori ſpatio, ſacris admotis, & præeunte iudice, rogatus Cornelius, non negauit, atqui duorũ menſiũ ægritudinẽ, & cruris alterius ſolutionem cauſatus, nõ potuiſſe maturius rediiſſe, teſtato probauit.

Iuridicus Belnēsis Iacobus massotus, ex æquo & bono controuersiam dirimere cupiens, integri, & dimidiati mensis pretium Cornelio erogandum dispendiis exequatis pronunciauit.

Prouocator Sabinianus Cornelium victorem coram senatu Diuionensi vocatum coegit, & vadimonium promittere, & cognitorem minimè præcarium nuncupare.

Cognitor præcarius id est ꝓcurator reuocabilis.

PRO SABINIANO STETIT primi nominis aduocatus Begatius*.

* Begat.

QVi luculētis legū citationibus voluit Massoti sententiam expugnare. Vti miles (ait) qui militiæ stipēdia habet si capiatur ab hostibus sine sua culpa, & postea reuertatur, non recipit mercedē præteriti temporis, quo in captiuitate mansit: ita nec iste nuntius, cuius aduersa valetudo, captiuitati similis, & æquipolens videtur esse. Si Cornelius morbo confectus decessisset in via, nihil ab hæredibus potuisset exigi, præter conuentū vnius

mensis

mensis salarium. Quemadmodum à Paulo iurisconsulto responsum reperitur, in titu. de legationibus. l. legatus. §. si quis in munere legationis, antequam ad patriam reuerteretur, decessit. Sumptus qui proficiscenti dati sunt, non restituuntur, quãuis legati, qui causa reipublicæ mittũtur extra patriam, multis sint donati priuilegiis. Tamen si moriantur extra prouinciam, nihil ab eorum hæredibus peti potest, vice stipẽdiorũ, prȩter sumptus dũtaxat ad viaticum necessarios, multo minus ab isto Cornelio peti possunt salaria medii temporis, quo (propter ægritudinẽ) nihil egit in vsum Sabiniani, atqui ægritudines plerunque celitus procedunt in homines, aut in supplicium præterita vitæ deterius actæ, aut ad faciendam virtutis fidem, vt de Iob & Tobia legitur.

Ad hæc, lex statuit in dies singulos 20. passuum millia viatoribus peragenda. l. 1. si quis caut. & l. 3. de verb. signifi. Si stadiorum dinumeratio fiat, si negotii commissi ratio consideretur, quindecim, aut saltem vigin-

ti diebus absolui res tota, & commodè, & sine molestia potuit.

Pro Cornelio prodiit in publicum, & animo præsente, iudicis cēsuram tutatus est, Iulius ganaius aduocatorum, cōmētariis nuper ascriptus, à quo cādidè, & distictè, ī suæ defensionis tutelā ꝑlata sunt beneuolo, & plaudente senatu, quæ sequūtur testimonia.

De re militari.

Modestinus ait, in.l. desertorem.§.sed si ex improuiso, dum iter quis facit, capiatur ab hostibus inspecto, vitæ eius præcedētis actu, venia ei dabitur. Et si expleto tempore militiæ redeat: vt veteranus restituetur, & emerita accipiet.

Paulus ait.l.ex causa desertionis notatus, ac restitutus, impendiis expūgitur: salariis priuatur eius temporis, quo desertionis causa fuerit absens: si crimen desertionis probetur. Quòd si non constiterit, neque desertorem fuisse apparuerit, omnia stipendia circa temporis finem redduntur.

l.is cui.de alimētis.

Paulus ait, is cui anuua alimenta relicta fuerāt, in metallum dānatus, indulgentia

tia principis restitutus est, respondi eum, & præcedentium annorum, rectè cœpisse alimenta, & sequentium deberi ei. Salaria cõstituuntur viatoribus, vt alimẽtorum vicem subeant, & laborem faciant leuiorem.

Arrianus ait, qui ab hostibus captus est, & captum eum, nõ transfugisse cõstiterit, vt veteranus erit restituendus, & præmij meritum capit, meritũ præmij dicitur salariũ, quod præstatur pro eo tempore quo quis fuit apud hostes iure belli captiuus. l. non omnes. de re milit.

Iustinianus ait, in titu. de domesticis & protectoribus. si quis domesticus, vel protector principis, ante finitum officiũ, migrauerit è vita, salarium totius anni capiet heres. Non migrauit è vita Cornelius, sed sontico morbo pressus, ante tertium mẽsem, redire domum non potuit: molestiæ plus æger sustinuit, nihil agẽdo, quàm laboris eundo, vel redeũdo suscepisset, huiusce morbi seminariũ fuit, & occasio, Sabiniani negotium, sine quo Cornelius à domo non exiisset. l. fi. libro 12. Cod.

Testimonio Pauli seruus morbo impedi-

tus seruire videtur, & alimenta percipere debet.l.cum hæres.in titu. de statu liberis.§. stichus. si hæredi meo, anno seruierit, liber esto, si quibusdam diebus, aut valetudo aduersa, aut alia iusta causa impedimento fuerit, quo minus seruiat, dies ęgritudinis anno sunt imputãdi. Seruire enim nobis intelligũtur etiam hi quos curamus ægros, qui cupientes seruire nobis per aduersam valetudinẽ impediuntur. Certissimi profecto iuris esse sufficere mercenariis, si per eos non stet, quo minus exequãtur quod polliciti fuerint.

Vlpianus in titu. de vsufructu, & in.l. arboribus.§.de illo.respõdit per seruos ægrotantes vsumfructum retineri, quia seruire videantur, quanuis nullæ eorum sint operæ, morbi inclementia durante. Cuius responsi argumento scoliastes Accursius docuit salarium deberi ministro, & dapifero, eius temporis quo per infirmitatem seruire nõ licuit.

Paulus ait in titulo locati, & in l.qui operas suas locauerit, totius temporis mercedẽ accipere debet, si per eum nõ steterit, quo minus

minus operas præstaret, aduocati quoque si per eos non steterit, quo minus causam agãt, honoraria reddere non debent. idem Vlpianus ait, in. l. sed addes. § fina. eod. titul. si scriptor, qui locauit operas suas, interim perdat alteram manum, non priuatur mercede eius temporis, quo debilitatus operari non potuit.

Senatus à Bailleto præside cõsultus, vltra mensis vnius salarium, totius temporis quo fuit æger Cornelius, alimenta, & impensas, expunctis secundæ, & tertiæ litis accessionibus addixit.

Aequitatem potius quàm iuris seueritatem amplexus videtur senatus, iustissimis profecto rationibus, quæ traditæ reperiuntur à tribus iureconsultis.

Ab Vlpiano, in. l. si cui. §. tãdiu, Reipu. causa abesse quis videtur, quandiu officio alicui præest. Quod si finitũ fuerit officiũ, iam desinet abesse causa Reipublicæ, sed ad reuertendum tempora computabimus statim, atque desiit Reipu. causa abesse ea, qui- Ex quib' causis maiores.

bus reuerti in vrbem potuit. Et erit moderatum ei dare tempora, quæ lex reuertentibus præstat, planè si infirmitate impeditus continuare iter non potuit, habebitur ratio humanitatis, sicut haberi solet, & hiemis, & nauigationis, & cæterorum, quæ casu contingunt.

Atqui humanitatis officium versatur, quo ad alimenta ex æquo & bono, citra vinculum necessitatis, præstanda iudicis arbitratu, non quo ad salaria, quæ non debentur ex humanitate mercenario ægrotanti, nisi cõductor ægritudinis occasionem dederit.

2. *A Papiniano, in titu. solu. matri. & in. l. diuortio. §. impendia. Responsum est, si seruus dotalis, soluto matrimonio, icidat in morbum, curari debet à marito, qui fructus totius anni dotales percepit, quibus omnes impensas debebit imputare. Nã fructus dicuntur deductis impendiis, Vlpiano teste, in. l. fructus eodem. Maritus ergo tenetur infirmo seruo (quanuis ad hæredes vxoris mortuæ spectet) alimenta gratis ministrare.*

A Venuleio

A Venuleio, in titu. de verb. oblig. & in l. continuus actus. §. cum ita stipulatus sim Ephesi dari, inest tẽpus, cuius ratio tota ad iudicẽ remittenda est, qui ex officio æstimet, quanto tẽpore diligẽs paterfamilias efficere possit, quod facturũ se promisit, vt neq; diebus ac noctibus, & omni tẽpestate contẽpta iter cõtinuare cogatur, neq; tam delicatè ꝓgredi debeat, vt reprehensione dignus appareat: sed habita ratione temporis, ætatis, sexus, valetudinis: cõsideratur igitur facultas promissoris, & habetur valetudinis ratio. 3.

Aliud responsum Tholosæ datum.

A*Emilia Victorio, in dotẽ decies sestertia numerauit, ea lege, vt soluto statĩ matrimonio, ad suos heredes, ĩtegra & præsens, dotalis pecunia rediret, cessante omni legũ beneficio, cui Victori⁹ cõceptis verbis noĩatim & disertè renuntiauit. Ante lapsum prioris anni decessit Aemilia, præsentem hæredes, & integram dotem ex pacto reposcunt. Victorius cõtra, basilicanis instructus simbolis* 25. mil escutz.

aduersatur non teneri, nisi quatenus facere possit, salua dignitate sua: & eo deducto, quod ad victum commodè sufficiat, causatus impensas fecisse multiplices, & pœnæ totum consumpsisse dotis instrumẽtum, in gratiam vxoris ingenuæ, & totius familiæ. cuius affinitatem multis muneribus, & enxeniis pretiosis conciliauerat: adeo, vt dote restituta, nihil plane remansurũ videatur. Vnde sese alat, & eos quos secum habere, & tueri debeat, secundum sui ordinis splendorem, & patriæ mores, ab hæredibus postulat, vt ob reuerentiam maritalem, legali sibi liceat vti beneficio, paratum sese offert annua, bima, trima die, facere restitutionẽ dotis, quæ in quantitate, & non in speciebus consistat.

Tholosanæ præfecturæ iuridicus Michael Faber, adprime doctus, & candide bonus, victorij depulsis exceptionibus, dotalis instrumenti verba sequutus, faciendam (ex tempore) dotis restitutionem. subscripto breuiculo iudicauit.

Senatus

Senatus post varias altercationes, non obstante tali pacto victorium beneficio legis vsurũ sartani præsidis oraculo respõdit.

Ratio.

SIcut miles non cogitur arma, vel equos vendere, neque scolasticus libros: ita nec maritus paternam domum antiquam, & pretiosam distrahere, vt dotẽ restituat. Nã mariti priuilegium est personale, ob reuerentiam personæ introductum, & matrimonij dignitatem, cui non potest renuntiari à marito, vt ab Vlpiano apertè decisum reperitur.

L.alia.§.eleganter.quærit Pomponius libro.16. ex Sabino, si paciscatur maritus, ne in id quod facere posſit condemnetur, sed insolidum, an hoc pactum seruandum sit. Et negat seruari oportere, quod quidem, & mihi verum videtur: Nanque contra bonos mores id pactũ esse, melius est dicere, quippe cum contra receptã reuerentiam, quæ maritis exhibenda sit, id esse appareat. Solut. matrimo.

ALIVD RESPONSVM Diuione à Senatu datum.

Demetrius aere alieno multis in locis contracto, fideiussores idoneos dedit, facta bonorũ discussione, cõpertus est, nõ soluendo: A creditoribus fideiussores priuatis actionibus conuenti, petierunt à iudice diuisionis beneficiũ. Pendente iudicio, Demetrius insperato factus est haeres Hispani cuiusdam hospitis sui, qui religionis gratia, vt sacrosanctã Hostiam adoraret, Diuionẽ venerat, facto bonorũ mobilium indice declaratus est Demetrius esse soluendo. Cuius rei facti certiores fideiussores denuntiarunt, & creditoribus, & iudici, petentes eximi iudicio.

Decretũ Praetoris. *Auditis summariè partibus, Diuionẽsis propraetor Berbiserius exceptionem (quae pendente iudicio superuenerat) fideiussoribus, neque prodesse, neque creditoribus obesse pronuntiauit.*

Decretũ Senatus. *Senatus, beneficio prouocatiõis aditus, fidei ussores iudicio planè absoluẽdos, Godrã-*

no

no recitãte præside declarauit, creditoribus ad impendia,& interusurium diuturnæ cõtrouersiæ condamnatis.

Berbiserius sequutus fuit doctrinã Cyni, in auctentica præsente.C.de fideiuss. & decisionem legis si creditores.de pactis.& .l. si ex toto.§.1. de legatis.1. Vbi electio contestata nocuit creditoribus, vt nõ possint suas intẽdere actiones, aduersus Demetriũ, quas remisisse videntur, & cum eo fecisse pactũ, de nõ petendo. arg.legis.fi.§.fi.ff.si cert. pet.

Senatus Bartoli & Alexandri doctrinam malluit amplecti, vt communi doctorum opinioni consentaneam.

¶Ratio.

Nam exceptio peremptoria, quandocũque superueniens pendente iudicio, prodest reo.citatur à Bartolo & Alexandro, Vlpianus in.l.si mulier.sol.matr.& in.l.si aũt. §.1.de rei vẽd.l.diuus seuerus.ff de iure dot. l.fi.rerũ amota. In hac autem specie superuenit ius pẽdente iudicio, id est idoneitas facultatum, vt ex actis constat.

Rei gestæ species, extra verbosam contentionem à senatu Sabaudiæ decisa, postridie Matinalium.



Hamberiaci in Leonis diuersorio mercatores Itali duo, pridie Idus Iulias, peregrè vnà pfectu ri, suas bulgellas * penes hospitē deponunt, cū hac pręfatione: Hasce tibi commēdamus ambo, mille solidis aureis instructas, ea lege, vt eas vtriq; nostrum simul, & altero absente neutri reddas.

*Bulgella bugellæ, bougette.

Interiecto modici tēporis interuallo, quasi languens de via, & magnopere fessus, viatorum alter solus apparuit, veste lugubri, squallidus, & idem lachrymis confectus, hospiti sese obtulit, à quo per triduum prius, & anxiè simulata morte socij, illiúsque pueris in fidem obitus prolatis, cistellas ab hospite, & nummos extorquet, & apertè potitur. Vniuersis prolixę salutatis abitionem parat. Eodem vix vrbis portas egresso, socius alter superuenit, hospitium ille statim ingressus, depositam repetit pecuniam: Non diffitetur acceptā hospes: atqui testibus & syngrapha probat socio bona fide restitutam: non auditur. Stationarij mittuntur cursores, & veredarij plures, qui multis stadiis biduo cōsum

ptis,

ptis, nuſquam inueniri ſocium depoſitæ pecuniæ compotem renuntiant. Capitalis hoſpiti dica impingitur: depoſiti idem poſtulatur interuerſi, vadimonium promittere, & iudicatum ſolui ſatiſdare cogitur, aſsiduam petitor offert cautionem, & electo domicilio cauſam defenſionis aduerſus quemlibet aduerſarium ſuſcipere ſatiſdat.

Concertata in ſenatu cauſa cõperendinatur, & in ſecretius mittitur conſilium.

Multis vltrò citróque per Recuſantes, & viciſsim altercantes aduocatos citatis, & legibus, & rationibus: vtriuſque, & petitoris, & defenſoris conuentione intellecta.

A lege contractus alienam depoſiti repetitionẽ videri, ſenatus in vſum hoſpitis pronuntiauit. Reſponſum ſenatus.

Claudius Paſcalius præſes tribus contentus verbis, ſenatorij decreti ſententiam exactè, & plauſibiliter aperuit.

Vterque (ait) credendi reus & coniunctim, & præſens depoſuit. Vterque depoſitum cõiunctim inhibuit reddi. Quod ſemel placuit, non diſpliceat: ſtetur pactis, quæ ex conuentione, & mutuo conſenſu partium legem accipiunt.

Patiatur legem petitor, quam cum ſocio volens ipſe tulerit.

Quis aſpernabitur, ait Vlpianus, idem ius

ſibi dici, quod ipſe aliis dixit, vel dici curauit?

Huius decreti æquitate eluſa eſt nebulonum cõſpiratio, qui hoc egerant, vt eandem dolo malo pecuniam bis acciperent.

Ab eodem præſide tria in eam rem, & in argumentum, prolata ſunt vice ſenatus reſponſa.

Iuſtiniani in.l.cum quidam.de impuberum, & aliis ſubſtit.C.

Vti duobus impuberibus ſubſtitutus adiecto collectiuo nomine. Si vterque deceſſerit impubes: antequàm ſubſtitutionis fructum aliquem capiat: vtrunque in ætate pupillari mori pretium eſt operæ: Ita vtriuſque deponentis pręſentiam, vt legitima depoſiti repetitio competat, neceſſariam fore, non eſt ambigui iuris, propter vim collectinæ dictionis quæ indubiam facit quæſtionem.

Vlpiani in.l.1.ff.depoſiti.§.ſed ſi duo.ff.

Sed ſi duo depoſuerint, & ambo ſeparatim agant, ſequenda eſt mutuæ conuentionis forma.

Pauli in.l.ſi ſine.eodem titulo.

Si ſine dolo malo rem depoſitam tibi amiſeris,

ſeris, nec depoſiti teneris, nec cauere debes, ſi deprehenderis eam reddi.

Præterea depoſitarius putatiuo domino ſi bona fide reſtituat, liberatur: Vlpiano [a] teſte

[a] In l. 1. §. ſi rẽ afferri. depoſ. ff.

RATIONES.

Atqui in hac ſpecie vterque ſocius deponens, & creditor & dominus nõ iniuria credebatur: Vterque communem depoſuiſſe pecuniam, atque indiuiduam effeciſſe, merito videri poterat: ab onere igitur reſtitutionis vacuus, & immunis erit hoſpes, qui lucri, doli, latæ culpæ, commodi fuit nullius particiceps, Cùm ſolus in depoſitariũ dolus cadat. In. l. cõtractus. de reg. iuris.

Dubiam huiuſce litis deciſionem faciebat oblatio cautionis, & defenſionis ſuſceptio: per legem primã. §. ſi in pecunia. &. §. apud Iulianum. ff. depoſiti.

FINIS.

Argumentum cui Burdegalæ à senatu responsum est, pridie Candelalium.



Gennensis villicus vxori moriēs annuos Codicillis reliquit duos tritici modios, ex suo percipiendos prædio: mēstruáq; pro obsoniis in diem coemendis sestertia legauit.

Sepulto marito in ipsius statim anni limine solidum illa legatum petiit: cui in iudicio disceptāti obiectum est, præmaturam videri petitionem, & illius actiones exceptione euidenti refellendas, expectandū esse finem anni, non autem initium considerandum.

Pomponii testimonium citauit aduocatus hæredum.

Titu. de verb. obl. L. Qui hoc anno, aut hoc mēse dari stipulatus sit, nisi omnibus partibus anni, vel mēsis præteritis, non rectè petet.

Viduæ cōtrà Patronus multis verbis illius aperuit legis æquitatem, quæ in summi iuris contractibus, nō in vltimis iudiciis, ex æquo & bono recipiētibus interpretationem locū haberet.

Citatus fuit Caius in titulo de annuis legatis. ff.

L. In singulos annos relictum legatum simile est vsuifructui, cùm morte finiatur: illud certè amplius est in hoc legato, quòd in ingressu

ingressu cuiuslibet anni, si decesserit legatarius, eius anni legatum hęredi suo relinquit. Quod in vsufructu non ita est: cùm vsufructuarius, etiamsi maturis fructibus, nōdum tamen perceptis decesserit, hæredi suo eos fructus non relinquat.

Vlpianus in titulo, quando dies legati cedit.

L. Nec refert singuli aurei in annos singulos legentur, an in annum primum mille aurei, in secundum hordeum, in tertium frumentum.

L. Nec semel diem eius cedere, sed per singulos annos. Sed vtrum in initio cuiuslibet anni, an verò finito anno cedat, quęstionis fuit. Et Labeo, Sabinus, Celsus, Cassius, & Iulianus in omnibus, quæ in annos singulos relinquuntur hoc probauerunt, vt in initio cuiusq; anni, hui⁹ legati dies cederet.

Hisce duobus iurisprudentiæ luminibus placuit annuum legatum statim ī ipsius anni principio deberi.

Ad hæc istud legatum esse alimētorum adprime pium, & fauorabile: atqui alimentis ad vsum quotidianum vidua inops indigere dicebatur, & sine quibus ostiatim & vicatim cogeretur victum emendicare, in graue defuncti dedecus. Ex cōiecturis euidentibus legantis colligi iudicium, facultates legatariæ non ignorantis, quòd illi mēstruos

nummos in principio cuiuslibet mensis numerandos reliquisset.

Sententia præfecti Agennensis.

Agennensis præfecturæ legatus, codicillis inspectis viduę & triticum, & menstruas pecunias in ipso statim anni principio, & sine mora deberi censuit, & pronuntiauit.

Ad senatum prouocatione delata.

Senatus Burdegalæ. Iudicantis cẽsuram tuendam suscepit Rãconetius, motus authoritate legis primæ, quando dies legati cedit. Cod.

Imperatores Seuerus, & Antoninus Agrippæ, hæc Agrippa erat uidua.

L. Si cõpetenti iudici annua legata, vel fideicõmissa tibi relicta probaueris, ab initio cuiusque anni exigẽdi ea habebis facultatẽ.

Contrà prouocantis aduocatus Galtherius Celsi responsum in causæ suæ tutelam protulit.

Celsus in titulo, de conditionib. & demonstrat.

L. Si in annos decem hæres dare dãnatus, aut quis liber esse iussus est, nouissimo eius temporis die legatum debebitur, & libertas obtinget.

Citatus est in argumentum Paulus in titulo, de rebus creditis, & in L. lecta.

Debitori mutuas recipienti pecunias, adiecto statim pacto, vt idem menstruos ex omni summa nummos refundat, finito primo mense

mense currunt, & crescunt vsuræ: finis ergo mensis expectandus.

Idem Paulus, titulo de condit. & demonstrat.

L. Non putabam diem fideicommissi venisse, cùm decimumsextum annū ingressus fuisset is, cui erat relictum, cùm ad XVI. annum peruenisset: & ita Aurelius imperator Antoninus ad appellationem ex Germania iudicauit.

Vlpianus, in titulo de legatis primo.

L. Si cui legetur, cū annorū erit quatuordecim, certo iure vtimur, vt illi demū debeatur legatum, cùm completo decimoquarto anno sequētem fuerit ingressus: nam annus incœptus non habetur pro completo.

Decretum senatus Burdegalensis.

Consultus disquirente Belsio præside, Senatus respondit, Male iudicatum: & id genus legati annui, neq; in ingressu, neque in exitu mensis, vel anni, sed mesium deberi tempore declarauit.

Triplex erat difficultas ante supremum illud iudicium.

Prima, Ad quod tempus erat referenda solutio legati annui.

Secunda, Quo ad differentiam istarum dictionū, Hoc anno, Singulis annis, in annos, Annua, Menstrua.

Tertia, An menstruæ pecuniæ tali lega-

to cõprehensæ seorsum à tritco, & alio tempore essent dissoluendę propter naturam copulæ diuersa connectentis E T, qualitatum præcedentium inducentis repetitionem, iuxta notata in. l. Seiæ §. Caio. de fundo instructo. ff. cui triplici. difficultati Belsius totius collegij nomine satisfecit, aperuítque, neq; legem qui hoc anno, neque legem primam, quando dies legati cedit, in legato frumenti annuo, ex certo prędio colligendi locum habere: videríque in tali specie triticum illius prædij tacitè vxori relictum: meritò ad illud tempus mesſium differendam solutionem decreuit Senatus Papinianum sequutus in l. firmio. §. pater annua ex fructu bonorum. Quando dies legati cedit. ff.

FINIS.

Orationum FORENSIVM, ET Responsorum, Liber secundus.

Iuliano Taboetio autore.

Ad amplissimæ dignitatis virum Ioannem Bertrandum, Regiis præfectum oraculis, & sigillis.

Eiusdem Taboetii ad eundem Bertrandum, totius ordinis togati principem, Tetrasticon,

Roma duos habuit, mira grauitate Catones,
Hosce duos (hodie) Gallicus orbis habet.
Quorum consilio, stabit Respublica, necnõ
Perpetuo felix, hisce duobus erit.

Argumētum orationis, SECVNDAE PARISIIS, in Senatu per Aduocatos publicitus concertatæ.

Postridie Ciueralium.

SAuletus miles, trium liberorū pater, deprecandi carceris gratia profugus. Geneuæ testamentum fecit, in quo partibus, illos, equis, hæredes esse iussit, & reciprocæ substituit ea lege, ne bonorum (extra familiam) fieret alienatio. Quæ ad suos pleno iure, & sui nominis posteros, deferri cauit: & nominatim edixit, amnestiçæ edicto, cum iure postliminii per necessarios impetrato, regiisque codicillis uenialibus à senatu, & triumuirali collegio probatis, rediit domum: & sui iuris factus, atque furtis plane, & noxis solutus (priusquā præceps fati uadimonium obiret) ratum habuit. Supremo spiritu prius illud testamentum.

Post ferales præcationes, & catholica Sauleti parentalia, confestim distribuitur inter fratres præpotens, & opulenta hæreditas.

Modico tēporis interuallo, ex liberis natu maximus, uoluntariè cædis reus postulatur: Atroci tandem præconio, ternisque dierum breuiariis absens inclamatus, ad Remigia, & nauticos carceres damnatur, bonis publicatis.

Superstites agnati, & fratres duo substituti, bona proscripti fratris occupant, fidutiariisque possessoribus exactis, præcario (diu & citra negotium) patrimonio fruuntur.

Fiscus illa, centumuirali iudicio fretus: in noxam uendicat bona, & auctionatur.

Libellari uadimonio citati fratres, intercedunt testamentarii tutoris interuentu.

Postremò (multis ultro, citróque disceptatis altercationibus) aduersus fiscales clausulas: Bonorũque proscriptiones auctioni proximas, in primario tribunalitiæ classis auditorio supplices ad ædendas intercessionis causas, decreto comitiali recipiuntur.

PVPILLARIS CAVSAE PAtronus Alexander Vulpius.



Ametsi non sum nescius, amplissimi patres, moris, & instituti forensis esse, vt in ipso, vel intentionis, vel depulsionis aditu. Quædam à beneuolis iudicibus opportuna concilietur attentio, sine qua dicentis, & actio, & gratia perit. Res tamẽ ipsa, de qua dicturus adsum, & ipsius negotij disceptandi, patens argumentũ, suo quodam iure hortari videtur ipsum me, pupillaris, & afflictę causæ patronum forensibus, hisce vixdũ tirociniis initiatum, vt in hac frequẽti basilica, sine prolixiore sermonis excursu, ad defensoris partes officiose tuendas descendam. Et recta neglectis ad rẽ nõ faciẽtibus procemiis

miis ad summam quæstionem progrediar.

Turpia siquidē, aut dubia, quæ sunt ambitiosis causidicorum technis & rethoricis insinuationibus, indigent, honestum contra suis abunde numeris cōstans, laconismo gaudet. Vos itaque iudices sedulò, & accurratè præcabor, funestæ huius contentionis, tot sinuosis appēdicibus implicatæ, vestróque decreto clausulā, & fatum habituræ, summū caput, qua soletis, & attentione, & mente audiatis.

De qua priusquā agere incipiam, Illud primum si per vos mihi liceat, vobis impræsentiarum quiritabor, indignū mediusfidius; & plusquam acerbum esse, nec minus à cancellis fori, & basilicanis moribus alienum, vt qui defensor sim planè necessarius: idémque pupillaris, caducam, & solitariam causam priore loco recipere, & quasi petitoris officio functurus, vadimonium prior obire in hoc celebri, & tribunalitio subsellio cogar, secūdis atque tertiis actionibus denegatis. Publicus iudiciorū, &

receptus ordo (quod vestrũ neminem fallit) postulat, vt prior agat delator, sequatur accusatus, & posterior (in eodẽ vestigio) cõmentariis, & obiectis rescribat. In hac causa capitis fortunarúmq; omniũ, contra factũ nemo non apertè videt, fiscalis aduocatus (ille primæ notæ Marilacus oraculi basilicani, & causidicæ facũdiæ antistes) supra quàm dici queat aduersatur meis hisce impuberibus clientulis, quorum fratrẽ mortis reum peregisse nõ cõtentus, ad bona totus incũbit, & illa (quãuis cliẽtelaria sint, & beneficiaria) annuæ trimæ diei conticinio subnixus, quasi ex senatiscõsulto possidere cõtendit, vẽdicat, auctionatur, & in publicũ distrahit. Inopinatæ distractionis caussas, neq; sciunt, neq; intelligunt hi (quos ante oculos habetis supplices) pupilli mei: beneficiariæ, & intercalaris audiẽtiæ cãdidati, donec præpotẽs ille, & triũuiralis aduersarius, cõceptis collegij verbis, posteriore loco palã eas mẽbratim fecerit. Ita fit, vt qui tela cæsim, & punctim depellere, & vulneribus mederi debeã, prius obstrin-

obstringar: inermes (in ipso lubricæ, & laborantis causæ articulo) oppressos, & impotentes tyrũculos, forensibus armis tueri, aduersus loricatos hostes solidis titulis, auctoritatib' splẽdidis, pecuniariis, & gratiosis neruis instructos, quàm legitimæ, & negocialis pugne, statum intelligere. Iniecta tãdem & illata retorquebo spicula, cum medicinæ faciendæ locus defuerit. Quid igitur faciã? tacebo ne iudices? & indefensos relinquã hosce meos semineces, lãguidos, & exangues filiolos, vestrã omnium fidem. In affectæ, & quasi dedititiæ caussæ supplemẽtum implorantes. Quorum parenti (dum secundæ res erant) meam ipsius operam liberam, & gratuitam, meúmque tyrocinium, nullo vnquã tempore, nullo euentu, locóve defuturũ, sum vltro, & ingenuæ pollicitus. Minimè sanè, sed venia prius ĩpetrata, à frõte, & à tergo, animoq; præsenti tuebor eos. Quos paternæ amicitiæ vetustas, necessitudinis, & vitæ ꝑpetua cõsuetudo, inuitãt: vt castè & integrè manibus & pedibus, atq; efflictim defendã.

Quorum solitudinem, & inopiam, vestra omnium æquitas, fides, & incorrupta grauitas, magnopere consolatur, & quasi victoriam causæ pollicetur. Quæ speratur in dubia, si eos præsentes & propitios cõtingat habere iudices, qui in hac centumuirali corona videntur assidere. Cõtrouersi totius negotij (ex quo ius oritur) species, nisi vobis esset plusquam aperta, summi & electissimi iudices, tempestiua, forsitan videretur illius relatio, à qua temperare, & loci huius ad dicendum idonei: & temporis ratio, necnon molestiæ vobis inferendæ suspitio iubent.

De Sauleti (breuis vt fiat obiter & sigillatim facti repetitio) tabulis iudicium agitur: vnius patris, tres liberi masculi fuerunt, testamento vicissim hæredes substituti, ex illis impuberes duo, supplices vestrum in cõspectum prodeunt, æquum & bonum: præterea nihil impetrare cupiẽtes. Tertius, vestro senatusconsulto, certè paradoxo, nuper ob deserta vadimonia proscriptus, & ad ergastula nautica relegatus miseram vitam

vltimo duriorem ſupplicio traducit, optatæ mortis: expectans aduentum illius, & ſolius bona reſtitutioni obnoxia, in quæſtionē veniunt huius legitima, eadémque fidutiaria portio in cōtrouerſiam trahitur. Illius quæcunque fortunæ in publicas, & odioſas licitationes, vocātur: Durus & inclemens fidutiæ comitialis aduerſarius inſtat fiſcus, gratia, fide, & opibus forenſibus longè ſuperior: Idémque ſemper inſatiabili petitor, cui non eſt nouum ex aliena calamitate ſuam augere potentiam, ex alienis decrementis ſuas capere acceſsiones, ex malis moribus ſuas ampliare diuitias, cuius opulentia, & felicitas, ab aliena pendet inopia: cuius amplitudo, & incrementum, eſt alterius depreſsio, exilium, ſolitudo. Is tanquam leo rugiens obſeruat ſollicitè quem deuoret: is noſtra, id eſt, noſtræ familiæ bona, ad exteros tranſferri prohibita ſibi addici, in fiſcales haſtas protrudere, & meos ſpoliare deploratos clientes anxiè contendit, non expectato dubiæ litis exitu: & ordine iuris prætermiſſo

sua paßim, & non sine fastu, priuilegia nobis obiiciens, quæ ab ipsis iamdudum principibus (in rem suam) cõparata, & inuenta esse cõstat. In summa, illud nobis pretium est operæ, & adprime necessarium, ostendere, contra æquum & bonum (absit inuidia verbo) negociũ, à fisco pupillis meis agitari. Quod inuictis, cum rationibus, tum iure scripto, sanctionibus receptis, vsu, & moribus patriis, in rem præsentem citãdis, ad viuum planè (circũcisa omni cunctatione) docebitur, si per sesquihoram, vos attentos non grauatim prębueritis. Nostra, neque molesta, neque prolixa futura est oratio. In promptu, & ante oculos nostra subiiciemus iura: breuiter, & sine tædio aliena, si quæ adferantur, contradictis dissolutis, refellemus argumẽta: ad senatum omnia relaturi, vnde certißima nos victoriæ spes manet. In hac luctationis specie, tres (quę vice distributionis erunt) partes seorsum, & articulatim discutiendæ (breuiculo informi) proponẽtur: Quarũ prima volũtatis vltimæ fauores docebit,

Diuiſio.

testandique ius liberum esse, & mortalium cuiuis integrum, prohibere ne bonorum (quę penes se in ipso vitæ exitu reperiũtur, extra familiam alienatio) fiat. Altera modico subsecuta interuallo, bona nominatim alienari prohibita, non cedere fisco (delinquentibus prohibitis, & bonis eorum publicatis) ostendet. Postrema palam faciet, eodem fisco planè abiudicato, portiones eorum qui in ordinem redacti, qui status, & ciuilis mortis iudicium passi, qui capite minuti fuerint, solis testantium legitimis hæredibus, non expectato vitæ termino, sed confestim applicari. In hisce tribus particulis, totius controuersiæ Cardinalis iudicatio periclitatur, quib⁹ soli de ĩtellectis, veritas (multis captionum męandris) impedita, prodibit in publicum, fiscalis apparebit iniuria, nostræ innocentia caussæ in apertum veniet. Postremæ volũtatis iudicia (quę testamenta dicũtur) nemine͂ vestrũ fallit, electissimi iudices, magno hactenus in pretio fuisse, variis præterea cõmendari priuilegiis, quantũ

Initiũ primę partis.

æd hæc præsertim tria capita, Liberos insti-tuendos, vel nominatim exhæredandos: Funeris impensam, & sepulchra: Liberos, & ecclesiæ, & piæ caussæ præferri diffitetur nullus. Illorum gratia omnes iuris Romani formulæ, quæ solemnia dicuntur, omnes legum antiquarum tabulæ & seueritas (solo gẽtium inspecto iure) cessant. Funebres impensæ quoscunque creditores postponunt: si sepulchrorum fiat violatio, capitalis, & publica datur actio. Isthæc tria (vt in confesso est) amplissimis illi Romani principes fauoribus videntur prosecuti, multis in eam rem editis sanctionibus. Quæ studiosius per id tempestatis, & exactius obseruant omnes, & Christianæ, & Barbaræ nationes: apud quas vltima morientium elogia (quæ iuris sunt publici) suum & sine mora, & fine delectu consequuntur effectum tribus à Iustiniano datis actionibus, apud quas nationes inter infames habentur illi, qui aut negligentius exequuntur testantium iussa, aut lentius absoluunt: apud quas relicto patrimonio

In.l.1.C. cõmunia. de legatis vt actione personali ex testamento, directa rei vendicatiõe & hipotheca-ria.

trimonio tanquam indigni repelluntur hæredes[a], *si à iudice moniti intra vnius anni spatium non impleant, quæ scriptis, & quæ sine scriptis præcepta sunt fieri. Proferendis legibus vestras aures defessas impræsentiarum obtundere non expedit. Habeat*[b] *(ait) vnusquisque liberam testandi facultatem, & non sint irrita, & cassa iudicia eius, qui iam aliud velle non potest. Nihil enim est, quod magis hominibus debeatur, quàm vt supremæ voluntatis liber sit stilus & arbitrium. Cuius exæquendæ, & plenius obseruandæ gratia cõparatæ sunt interpretationes, & benignæ & multiplices. Cuius retinendæ caussa in responsis prudentium, in quinquaginta illis Pãdectarum libris, (vnde totius æquitatis officina, totius iurisprudentiæ statio, imò ipsa encyclopædia consistit) in Iustiniani, & nouis, & antiquis constitutionibus innumeras priuilegiorum, & paradoxarum sententiarum myriades ad manum reperire liceat. Illa vtique ne fieret inanis, à verbis, & verborũ proprietate de-*

a In auct. hoc amplius. C. de fideicom.

b Imper. Cõstantinus i. l. 1. de sacrosãct. eccl. C.

cies millies discessum est. Veritas plerunque negotij (nouissimæ deficiëtium ordinationi) postponitur. Substitutio pupillaris, expreßis verbis concepta: apud Vlpianum tacitam vulgarem amplecti, & continere dicitur: ne pereat verisimilis, & à cõiecturis quasi extorta, in alterum casum substituentis voluntas: vtraque licet verbis effectu & forma sit alteri dissimilis, & repugnans, ad alteram tamen porrigitur: vt latens, & occulta mentis vltimæ inter liberos cõceptio, legitimum sortiatur exitum. Adeò (quod penè inhumanum videri debet) vt tacita[a] pupillaris matrem excludat, maternæ siquidem pietati præfertur vltimæ voluntatis obseruatio: nec illud quæritur, quibus illa verbis appareat, quibus facta, aut collecta sit: directis, an inflexis precariis, dispositiuis an enũtiatiuis, illius & solius habetur ratio, siue fortuitis illa, siue rogatis testibus (in lucem vtcunque veniat) sequenda est, & amplectenda medullitus, illa quanuis inutili inserta testamento, quanuis imperfecta, præpostera,

[a] Verbis generatĩ expreßis in.l.luci⁹. de vulga.

&

& minus solennis adsit, omni tamen modo seruanda est. Nam ex ea apud Iustinianũ[a] *nascitur obligatio. Ex ea legatorum petitio, ex ea & efficax exactio, atque solida retentio datur, alimenta etiam in posterum, libertates, fideicommissa, præstantur: cuius neglector hæres suus, id est domesticus (excepta legitima) reliquum hæreditatis lucrum perdit. Illa nimirum à solo testatore mutanda, quasi regina, in testamentis moderatur omnia: sola dubios, & ancipites verborum sensus aperit, humanas sola regit operationes, sola ius imperandi habet, sola à iudicibus spectatur, huic soli fauetur, ea cadente pereunt actiones, ea perempta omnes testamentariæ vires concidunt, omnia denique iura momenti fiunt nullius, si absit illa, vsque ad nouissimam vitæ functionem (non sola pœnitentia) reuocabilis voluntas, quæ postea solida, tenax, constans, & immortalis apud hæredes perseuerat, & viuit, vt anima ipsius testatoris apud superos. Hæc lippis & tonsoribus nota relinquamus. De libero*

a in l. 1. de fideicom missis.

testandi pontificio dicendum superest, vt id tandem assequamur, quod petimus iustum à iure testandi procedens, quo Sauletus moriens vsus est, & quo sine controuersia priuari non potuit, nisi legitimis modis: priuatus autem non fuit. Is nimirum paterfamilias domi, & foris iustus, publicè & priuatim gratus, neque seruus, neq; captiuus, aut damnatus, sed liber, & copiosè absolutus obiit: imò suis in Rempu. meritis centuriata ante obitum lege declaratus primarius militum tribunus, & primipilus: quem (vt in vulgus falsò spargitur) hostem Gallicanæ Reip. & exulem dicere est adprime atrox, & irreparabilis iniuria. Obloqui, maledictis diuexare, importunis & scurrilibus ludibriis alienam laudem obterere, & infixo aculeo (ne mutuum recipiãt) fugere possunt aduersarij, & maledicere surdo: quod animi est præposteri, fallacis, & angusti. At famæ, & læsi nominis integritatem restituere non est humanæ facultatis. Dicãt porro, & impune dicant quicquid lubebit aduersus Sauletum,

Sauletum, cuius anima in campis illis Elysiis, vbi multæ mãsiones sunt, nõ in ænigmate, sed ad faciem ipsissimum Deum intuetur, & bene nobis precatur: Asserant, & decies repetant, hunc ipsum vltima pontificiæ animaduersionis exempla passum, diis stigiis deuotum, piis hominibus offensum: necnon propter maleficia, vltimę testationis iure communi destetutum obiisse, illius bona fisco quæsita fuisse: de illis nihil potuisse quicquam testari (si Diis placet) vobis persuadeant: quod falsum esse, quod à veritate alienum, quod absurdum, & incredibile, litis euẽtus docebit. Cur ita, corruptis siquidem & cõfusis testimoniis adimatur fides? circunscribantur eremodicia iudiciales, inducantur commeatus, Probus & Innocẽs: necnon argiuo (vt aiunt) clypeo dignus erit Sauletus, quanuis ob alienas noxas, accusatione conflata inter reos absens, & ignorãs, receptus, diuturnoque in reatu fuerit, suorúmque calumniis inimicorum petulanter dilaceratus: atqui proferãtur è monumen-

tis decreta iudicum, aut alicuius annales, & acta diurna curiæ, quibus legitime vocatus. Quibus hostis patriæ declaratus, quib⁹ testandi pōtificio abdicatus fuerit: obiiciūt fugam, & absentiā Sauleto, cōuictum idcirco clamitant, frigidis seducti ꝓbationibus, atqui fallūtur egregiè: nam abfuit Sauletus fateor, non fuge consilio, aut decretandi iudicij gratia. Sed ob publicū negociū certè dignū, ꝓpter quod vadimoniū desertū iri potuerit. Illius (sine ludibrio veritatis) iusta & causaria ꝓbabitur absentia, si senatui visum fuerit. Itaq; propter hæc duo, fugā & absentiā, inter reos receptus ille fuit, & de absente secundū præsentem in vsum fisci iudicatū est, auspitiis forensibus oppidoquàm aduersis à suspitionibus, & cōiecturis leuissimis acerba, & cruēta victoria stetit, cōtra æqui, & boni praceptiones, nec minus cōtra solita basilicanæ professionis auspitia: Quibus iudicari quempiam suspitionibus, noĩatim prohibetur, in negociis quippe capitalibus probationes, nisi necessario concludant, & sole

meirediano

meridiano clariores sint, ad iaciendam dānationis aleā non sufficiunt: In eum, maximè qui in fraudem deserti, dūtaxat vadimonij (depulsione mulctatus præcisis omnium legalium exceptionū remediis) formula forensi lapsus est. [a] *Sanctius apud Vlp.* [b] *est, nocentem absoluere, quàm innocentem damnare. Lento gradu ad vindictā diuina procedit ira: Præcipitatio est nouerca iustitiæ: Boni iudices malunt argui clementiæ, quàm seueritatis: Iudicantē oportet cūcta rimari. Respiciēdum est iudicibus, ne quid seuerius statuāt, quàm poscat caussa, & ratio criminis cōuicti. Qui sentētiā laturus est tēperamētum hoc teneat,* [c] *vt suum non proferat iudicium, nisi in confessum, vel cōuictum reum: quē in dubiis probationibus absolui cōstat.* [d] *Nouissima Sauleti voluntas nō impugnetur hisce reciprocis argumentis, quæ vnico statim verbo possunt euerti. Viuat, & defendatur illa volūtas, quàm reip. interest cōseruari. Perire, & aboleri odiosum, & molestū est. Odia restrīgi, fauores ampliari cōgruit:*

a in l. fin. de proba.
b in. l. absentem. de pœnis.
c in. l. qui sententiā. de pœ. C.
d in. l. qui accusare volūt. de edēdo. C.

Potuit itaque testari Sauletus, & liberè potuit suas distribuere facultates: potuit testando suas apponere leges, modos, pœnas, & conditiones: nam hæc sunt libere voluntatis officia, vt suis legibus à scripto iure non remotis testator (quisquis ille sit) in quos voluerit, siue suos, siue exteros hæredes conferat bona, & fortunas suas: filios instituat, & in familia retineat probos, & frugi, exemplo aquilę: exhæredet, & repellat improbos: adiecta tamen ingratitudinis caussa, vna ex illis quatuordecim huic senatui notissimis. Atqui paternæ charitati durum & acerbum plerunque videtur suos (licet indignos) liberos abdicare, & exteris postponere: quorũ gratia multa vitæ pericula, labores & ærũnas, ipse pater subiit multiplices, vt illis viuus alimenta præstet, & moriens diuites relinquat, & copiosos: quos lõge seipso semper habuit, & non potuit non habere potiores, tanquã aliquid sui: quibus, vt parcat, & adquirat, sibi neque parcit, neque consulit: in quibus, vel ad supplicum raptis, vel grauiter ægro-

tis

tis plusquam ĩ seipso pati manifestè dignoscitur: hinc scitè illud receptum est, Amor magis descendit quàm ascendat. Nam *omnis artifex, inquit ille,* [a] *diligit opus suum magis, quàm ab eo diligatur. pater enim filium amat, vt aliquid sui, vt carnem suam, vt sanguinem proprium, vt in cuius effigie, & nomine viuat, & immortalis fiat. Paterni siquidem corporis portio dicitur esse filius: eadem vox, eadem persona, eadem voluntas, eadem duorum hæreditas: communis honos, gloria, conditio, & quasi vna anima in duobus corporibus: & vna caro, non tamen eadem culpa, dolus, aut pœna censentur. Atqui viuo etiam patre dominum, Augustum, Regulum, patricium, suum & necessarium hæredem filium in iure passim inuenias appellari: eiusdem & viui, & mortui creditorem dici, saltem in legitima titulo institutionis, & in corporibus perpetuis relinquenda, adeò vt paternæ hæreditatis titulus (quanuis ab omni, & onere, & conditione remotus) lu-*

[a] Aristoteles.

cratiuus non sit in liberis, quorum intuitu multa, imò propè infinita in testamentis condendis specialia (vt aiunt) reperiuntur. Vtraque & parentum, & liberorum ratio, quàm plurimos à iure fauores meruit. Lege duodecim tabularum (cuius prisca maiestas in Pandectis viuit) tenetur parens instituere, vel nominatim exhæredare filios (cessante prætoris beneficio) necessarios hæredes futuros. Quibus legitimam, iure sanguinis debitam, licet adimere, aut denegare alimenta temerè nequeat; relinquendis tamen portionibus suas potest apponere leges: Potest iubere, grauare, limitare, necnon & pœnas, conditiones, modos, caussas adiicere: Potest interdicere, ne ius accrèscendi locum habeat: vtriusque detractiones quartæ, bonorum alienationes fieri, Mutianæ cautionis atque inuentarij conficiendi gratiam facere: dilationes legales amputare: cæterum impedire, ne legatariis longissimi etiam temporis præscriptio currat: potest & efficere,

ne rei

ne rei legatæ proprietas ad legatarios transeat, nisi possessione primitus apprehensa. Disponat enim instituendo, disponat prohibendo, disponat detrahendo testator, & erit lex. Magnam, & incredibilem vltimæ voluntatis vim, & integram libertatem intelligitis: quæ legis instar bonos præmio tuetur, faciendo hæredes, malos exhæredando punit. Quosdam fideicommisso grauatos rogat sua restituant bona pleno iure, nullis quartis retentis. Porrò vsuuenit sæpicule, vt filios, quos pater immoderatè profusos, & à maioribus degenerantes perspicit, eos certis esse portionibus contentos admodum scitè iubeat, interdicta prorsus extra familiam proprietatis alienatione, vt à Papiniano, multis in locis responsum est in l. cum pater. & in l. peto. de legatis primo. Qua in re illis & posteris plurimum consuluisse videtur. Cautius vtique negotiari, & frugalius agere curabunt liberi, paternæ prohibitionis obiectu: posteris item sua non deperibit auita portio, familiæ nomen fiet

immortale, maiorũ stemmata, tituli, & insignia gentilitatis perpetua remanebũt interdictæ alienationis beneficio: quæ vnius scelesti, & prodigi filij arbitrio ad exteros transferri, & vel modico temporis momẽto dissipari (nisi obstet prohibitionis adiectio) videmus. Nam alienationes bonorum inserta caussa factas impediri testatoris iussu, diui Verus & Antoninus rescripserunt in.l.filiusfamilias. de legatis primo. quo in loco campus huiusce rei est amplissimus. Martianus ait, diui Verus & Antoninus rescripserunt eos, qui in testamento vetant quid alienari, & caussam exprimunt, liberis, aut posteris, aut hæredibus, aut aliis quibusdam personis consulentes, tuendos, & voluntatem eorum seruandam esse. Tanti enim momenti est, & ponderis testamentaria prohibitio, vt res extra familiam alienata, non reuocetur solùm per omnes illius familiæ gentiles ordine successiuo, soluti pretij retributione denegata, sed & ipsius rei traductæ vendicatio fiat ipso iure. Imò

&

& illius dominium, recta, & sine vllius traditionis interuentu transeat in superstites gentilitiæ agnationis masculos, vt non minus concinnè, quàm succintè responsum est in.l. cum pater.§. libertis. de legatis secundo. Papinianus ait, libertis reliquit prædiũ patronus, ac petiit ne id alienarent, vtque in familia retinerent: si excepto vno, cæteri partes suas vendiderint: qui non vendidit cæterorum partes integras petet: & apud Scæuolam in.l. pater filium. versiculo quindecĩ libertis. de legatis tertio, apud Iustinianum, si res quæpiam alienari prohibeatur, non solum dominij translatio, sed & pignoris obligatio, vsusfructus, aliarúmq; seruitutum constitutio videtur prohibita. Sancimus ait,[a] *siue lex alienationem inhibuerit, siue testator hoc fecerit, siue pactio contrahentium hoc admiserit, non solùm dominij translationem, sed & vsusfructus dationem, vel hypothecam, vel pignoris nexum penitus inhiberi. Ex cuius legis contextu satis apparet prohibitionis officium,*

a In.l.fin. C.de reb. alien.

ſi exactè, & oculis minus obliquis, & conniuentibus inſpiciantur. Apud Scæuolam *res cõtemplatione plurium alienari prohibita, ad eos viritim pertinet (durante prohibitionis cauſſa) qui ſuperſunt.* Duo *conſtat eſſe neceſſaria, vt efficax, & tolerabilis fiat extra familiam alienatio.* Totius *occaſum, & ruinam familiæ: omnium item, qui reuocare poſſunt, aut conſenſum, aut delictum. vt* Papiniano Gordianus *reſcripſit in l. quoties, de fideicommißis.* Quæ *duo cùm in hac ſpecie deſint, ſuperſtite* Sauleti *probibentis familia, quo iure veniat fiſcus, non video: quid actionis habeat in bonis auitis non intelligo.* Cur *inopes pupillos, tot ſinuoſis litium anfractibus inuoluat inſcio principe, cuius officium eſt tueri, & beatos efficere, non exinanire ſuos: cuius diuitiæ ſunt, ſuos habere ciues quàm opulentos, & præpotentes: cuius inuictæ vires ſunt, ſubiectos habere bene inter ſe conſentaneos, alieni non appetentes, & ciuilibus controuerſiis non occupatos.* Videmur

*tio temporis nequeunt. Duorũ accedat imperatorum ſententia in titulo, qui non poſſunt ad libertatem peruenire: Seruus (vt illis placuit, & optime placuit) in pœnam à domino manumitti teſtamento interdictus, nõ poteſt neque ab hærede, neque ab emptore libertatis prohibitæ gratiam conſequi: imò filius ob manumiſſum à ſe ſeruum nouiſsimo repugnante matris iudicio, violatæ pietatis accuſatur, apud Gordiannm in. l. contra voluntatem. de teſtamentaria manumiſsione. hoc vna perficit & operatur prohibitio, quæ ſiue legis, ſiue iudicis, ſiue teſtatoris alicuius, aut contrahentium iuſſu fiat, rebus efficiendis affert impedimentum. Multis non eſt opus exemplis, ſuffecerit lex, ſeruus * hac lege venditus. in titulo de manumiſsionibus. ex qua colligere liceat, Neque contractu, neque teſtamento, neque iudicis iuſſu manumitti poſſe ſeruum, quem pactio vendentis liberum fieri noluerit. Illius legis verba pluſquã vobis aperta recitare pudet, ne ſus Mineruam. Itaque ſi patris Sauleti ſpectentur*

* ff.

tabulæ, si postremæ voluntatis arbitrium, in considerationem veniat, si singula capita clausulæ, & articuli, voti, & vltimæ mentis indices, testamento inter liberos inserti adamussim inspiciantur, sine sudore, & sanguine vicerint clientuli mei, nostra fiant omnia, & postliminio redibunt bona, quæ per iniuriam occupantur: herbam nobis porrigant (velint nolint) isti præpotentes aduersarij, quorum gratia, & odiosæ facultates in hoc subsellio nihil obfuerint innocentiæ à nobis defensæ. Quorum minaces contumelias in meos clientes intortas, & sesquipedalia verba pessundabit, ridicula, & inania faciet, vnius testatoris defuncti prohibitio. Sed ad reliqua pergamus: Si vestro damnatus senatusconsulto Sauleti ex liberis primogenitus, meorum comitum frater, acceptas à patre portiones, neque testamenti, neque contractus via, ad exteros hæredes transferre potuit, vt à Papiniano multis in locis responsum est: Qui fieri potest, vt in fiscum (quem externi loco hæredis venire constat) delinquendo transmittat?

mittat? cùm à contractibus ad delicta potens sit, & inuictum argumentum. Qui delinquunt, vtique contrahere, & ad talionis, hodie sublati, pœnam sese obligare videntur. Porro inter omnes illud conuenit. *Quæ in exterum hæredem non transeunt bona, à fisco (neque delicti, neque contractus prætextu) vendicari posse: vt ius patronatus vtrunque, vt operæ, & iura libertorum delinquentium: Quæ solis patronis competere,* Titulus *de bonis libertorum indicat, vt omnia (quæ in caussam morticine possessionis cadunt) prædia, & quæ emortui mancipij ius habent.* Exempla *huiusce rei sunt multa.* Emphyteusis *ecclesiastica, commissis emphyteutæ bonis, non accedit fisco: vt quæ in alienos, & minime genuinos hæredes deuolui nequeat.* Emphyteusis *adhæc prophana, à priuato, ea lege concessa, ne extra familiam concedentis exeat, fiscalis esse non potest: quia hæredis nequit externi fieri.* Vt *(quisquis ille sit) exterus hæres beneficij feudalis est incapax, ita & fiscus:*

& fiscus: Nam propter fiduciarij clientis (qui à nostris vaßallus appellatur) delictum minimè publicatur plenioris mancipij beneficium. Nam illa duntaxat publicari cẽsentur bona, quæ ad quoscunque, & suos, & exteros hæredes sine delectu transeunt. Fratris autem proscripti relictæ portiones honorariæ sunt, beneficiariæ, feudales, & ligiæ (verba hęc in foro recepta sunt) nullius vnquam seruitutis, aut alienationis, & mancipij capaces: ad fiscũ igitur deferri nulla via possunt. Audiuistis iudices opt. quædam nostræ depulsionis adminicula: audiuistis totius litis summam: audiuistis totius caput & cardinem negotii, cuius decisio ad vos spectat. Vidistis præterea vltimum Sauleti patris testamentum, inter liberos cõditum, clausulas plures in eo adiectas, conditiones varias, modos, prohibitiones, pœnas appositas, non ignoratis: nõ est perplexa, nõ est ambigua, non est obscura patris prohibentis voluntas, neque voluntatis ratio: nullius opus est iudicis interpretatione: in certis non est

opus

opus coniecturis: ex ipsa defuncti scriptura, sigillis per testes puberes septem recognitis, apparet, & verborum, & mentis indubia certitudo. Is (cuius spiritus apud superos viuat) sensu, & mente sanus, liber, & volens (vt decies repetitum est) apertè edixit, singulas portiones ĩ singulos liberos (quos tres habebat) à se distributas, extra familiam non alienari, extra suos descendentes non traduci, extra sui & nominis, & sanguinis posteros nõ transfundi, à quarum portionum vendicatione fiscum penitus excludi, omnia iura testantur, cùm is de familia testatoris, neque sit, neq; poßit illa persequi bona, quæ ad proprios duntaxat, & naturales successores deferuntur. Testamentariæ prohibitionis leges, & officium intelligitis, quæ voluntarias impediat alienationes (illas tãtum permittat, quarum neceßitas ab ipso testatore processit) & dominij translationem removeretur. Eadẽ (vt scitis) operatur, vt is (cuius fauore facta sit) rem emãcipatam sua posit auctoritate recuperare; patronus si-*

* Emancipare bona id est exigua manũ & dominiũ emittere.

f

quidem à cliente venditum iniuria feudum ſuo iure ſibi vendicat: Bona ſpeciatim reſti tutioni ſubiecta, nequeunt niſi in certis ſpeciebus alienari: hic vicaria eſt fideicommiſsi iniunctio, hic expreſſa teſtatoris declaratio, quæ lõge eſt fortior legali, & reciproca trãſigentium conuentione. Sed demus, nullam hic factam prohibitionem: demus, nullum eſſe fideicommiſſum, & nullos extare legitimos ſucceſſores: Superſtite tamen delinquentis vxore, inopia laborante, fiſcus excludetur, vt duobus placuit Imperatoribus, in l. prima. C. vnde vir & vxor. Coniunctis enim, & legitimis deficientibus, marito ſuccedit vxor ab inteſtato, nulla fiſci ratione habita. Vxor igitur fiſcũ excludit, agnati vxorem, agnatos filij, à filiis igitur indubiè [a] *fiſcus repelletur. Inſuper hæres hæredis cenſetur teſtatoris hæres eſſe. Votum autem defuncti tueri debet hæres, & illius geſta non infringere. Si petat hæreditatem Sauleti, fiſcus præcedens illius iudicium agnoſcat, fideicõmiſsum contemplatione ſan-*

a Quia ſi vico, vicẽ tẽ te, &c.

guinis

guinis & prolis masculæ factum, non inficietur, illius agnationis masculos omnes fideicommissarios videri, & eosdem in numero creditorum esse. Nam, vt Vlpianus ait, Creditores accipiendos esse constat eos, quibus debetur ex quacunque actione, vel prosecutione, vel causa, iure ciuili, vel prætorio. Itaque fisco in pœnam succedere volenti, obstabit titulus, Pœnis fiscalibus creditores præferri: obstabit lex, in summa. de iure fisci. In summa, ait Paulus, sciendum est, omnium fiscalium pœnarum petitionem, creditoribus postponi: obstabit lex, quod placuit. de iure fisci. Fiscus, ait, in pœnis nullum priuilegium habet, sed vtitur iure communi, tanquam priuatus: creditores hæreditarij, & in delictis, & in contractibus, illum (si priores sint) excludunt. Ante delictum consummatum, nullum fisco successionis ius competit: imò & post contractum capitale crimen, ante sententiam reus potest & alienare sua quæcunque bona, (modò fraus absit) potest donare, contrahere, stipulari, id est,

reus credendi, & promittendi fieri, solutionem recipere, sua administrare bona, suis satisfacere creditoribus, suis potest debitoribus acceptum ferre. Testatoris hæredes, siue domesticos, siue externos ĩ bonis fideicõmisso subiectis, ius pignoris vicissim habere, nemini homini est dubiũ: & eosdẽ fisco, tanquam posteriori, præferendos, Vlpianus ait

a §.res autem.ff. de iure fisci. *in.l.res quæ in cõtrouersia.* [a] *Sed si ante alij res obligatæ sint, non debet fiscus ius creditorum lædere, sed si quid superfluum est, sibi vendicare. Cui bona delinquentiũ obligata videri non debent ante prolatum iudicium. At eo tempore nihil Sauleti primogenitus vestro decreto proscriptus, habebat, præter vsumfructum, & alimẽta in bonis prohibitis. Hunc autem ipsum vsumfructum maxima capitis diminutione euanuisse, & ipso iure ad suos rediisse constat in.l. corruptio-*

b C.de vsufructu. *nem.* [b] *Alimenta verò proscriptis, & in metallum damnatis deberi, testis est Martianus in.l. si in metallum. titulo de his qui pro non scriptis habẽtur. In metallum damnatus*

natus, ait, seruus est pœnæ, non Cæsaris: nec ad fiscũ pertinet, nec eius bona. Si Martianus ille hodie viueret, & iudex noster esset, pro nobis staret victoria. Bona ad hæc damnatorum, nõ fiunt lucro iudicibus, neque secundum veteres leges applicantur fisco, sed sanguini, & familiæ, vsque ad tertium gradum, receptitia censentur (excepto perduellionis crimine) in quo bonis ademptis pœna ad posteros transmittitur. Papinianus ait, bona fisco citra pœnã exilii perpetuam adiudicari sententia non oportet. Sauleti filius in decem annos relegatus est, non perpetuo multatus exilio, portiones igitur ipsius fiscales esse nequeũt, ille præsertim quæ mãcipio & iure cliẽtelari posśidẽtur. Huc accedit ꝙ senatuscõsulti tempore suũ dicere potuit nihil. Quod si ita est, vt res ipsa loquitur, omnibus stoicorum paradoxis certior, quid in fiscum transferre debuit publicationis sententia? Cuius officium est declarare ius, non tribuere. Id quod nostrum est, sine facto nostro, contractu, aut delicto, à nobis non potest

aufferri: Alteri per alterũ nõ poteſt deterior parari cõditio: Pœna ſuos ſequatur autores. Titulus eſt apud Iuſtinianũ, Ne filius pro patre, vel pater pro filio, libertus pro patrono conueniatur: & qui pro alieno, vel debito, vel maleficio grauat aliũ, punitur in quadruplum, & cadit à iure ſuo in Auten. Sed imo, ne vxor pro marito, Alioqui doceat fiſcus (eadẽ quę in auctione publica venierunt bona) tum fuiſſe damnati hominis: doceat paterna, imò auita, non fuiſſe, ſed aduẽtitia, & aliunde profecta, & illis contẽtus abeat, vadimonia miſſa faciat, atque à lite diſcedat: aut illa, quæ nihil deliquerunt bona, & in quibus delinquẽs (præter vſumfructum) nihil iuris habuit, ad ſuos (iure quaſi poſtliminij) ſucceſſores reuerti patiatur: nõ fiat irrita defuncti volũtas vltima, quæ potuit & debuit ſuis hæredibus cõſulere, & illos quibuſuis preferre. delictũ perſonale fuit, nõ in rẽ: morte extĩguũtur maleficia. Suas igitur exerceat vires, fiſcus in perſonã, & abſtineat bonis, quæ maleficio cõfeſtim ſecuto ad familiã & cohæredes redire cœperũt, vt ex Marcel-

li responso colligi potest, in [a] l. cum fidei hære dis commissum est, ne seruus alienam serui-tutem patiatur, statim experiri potest ille, vt fuerit alienatus, & petere libertatem. Habetis iudices paulo recisius (quàm res postulabat) absolutas tres præpositæ sectiõis particulas, quibus exacte perpensis, vos indubie speramus, secũdũ Sauleti patris tabulas, & in rẽ nostrã iudicaturos. Faxint superi, vt in hoc cẽtũuirali subsellio, absint gratia forẽsis ambitus, & coitiones, quibus euertũtur iudicia, vt suus ĩnocẽtiæ locus adsit, vt merita huiusce lãguẽtis, & affectæ causæ, neglecto ꝑsonarũ delectu, ad libellã discutiãtur, vt æqui & boni momenta, cum summo iure, depulsis accusationũ capitibus expẽdantur. Illud enĩ magnopere veremur, ne nobis accidat, quod diuus ille Innocentius, nõ minus aptè, quàm verè protulit, Clamat pauper in iudicio, & nullus exaudit: loquitur diues, & quilibet applaudit. Curia pauperibus clausa est, dat cẽsus honores, Cẽsus amicitias, pauper vbique iacet: Diues citò corrũpit muneribꝰ iu-

[a] de fideicom. libert.

dicium, pauper autem opprimitur, dum non habet quod offerat. Minuta puniri delicta, magna in triumphis ferri nemo non videt, omniáque prope tribunalia captionibus, cō-mentis, nundinationibus Basilicanis pessun dari in quibus dat veniam coruis, vexat cen sura columbas. Sed aberit hisce inuidia ver bis, nempe non eò hæc dicta tendunt, quo in dubiū veniat fides vestra, & cōstātia iudices. Sed magnitudo periculi, & postremi vestri iudicij (quo de omnibus fortunis hodie decer nendum est) seueritas, atque dubius euentus, ingentem nobis, & metum, & trepidatio-nem adferunt. Porro (ne simus impēdio ver bosiores, & ne in centumuiralis senatus of fensionem incidamus) finem dicēdi facturi, vos impense præcabimur, iurati patres, ne hosce impuberes adolescētulos, ad Rempub. ad gloriam, ad dignitatem natos, optimi pa rentis filios, pro testamento conseruādo, pro legitima succesione, pro alimentis, pro dam no familiæ vitando, certantes, ad summam inopiam, præter æquum, & bonum, redigi

patia-

patiamini: ne postremæ voluntatis arbitriũ, legibus conforme violari, ne testamentorum leges, priuilegia, fauores supprimi, & antiquari sinatis: Quod iustum est, obnixè petimus, vt pupillaris tandem innocentię aduersus fiscalem potentiã defensores sitis. Vt huius controuersiæ veritas multis incommodis, & litibus debilitata, vestri nouissimi decreti æquitate recreetur, victricémque sortiatur exitum, vt humilitati tandem, atque inopiæ aduersus vim, & gratiam præsidio non grauatim esse velitis.

Rescriptio & depulsio
pręcedentis Actionis.

Marilacus apud Parisios fisci Patronus.



Vod nõ capit Christus, capit fiscus (selecti iudices) q̃ malè parta sunt, malè dilabuntur, vix vnquã ad tertios hęredes deue-

niunt bona, quæ rapinis & scelere quæsita sunt, vnde non minus tritum, quàm merito receptum est illud, nõ habet euentus, sordida præda bonos, nemo malus diu fortunatus vi uit: extrema gaudij, luctus occupat, hisce lubuit paradoxis, apud vos, sententiis vti: patres amplissimi, vice præfationis, quæ quorsum tendãt, & quàm (huic capitali negocio) congrue respondeãt, mox intelligetis: A meis tametsi moribus est alienum imprecari, aut male velle surdo, aut insectari quempiã, nisi publica nota dignissimũ: oblato tamẽ (præter spem) huiusce caussæ argumento, & iure magistratus; cogor accusare, vel inuitus eũ, quem tueri citra fidei iuratæ dispendiũ nemo potest. Cogor insignia Sauleti patris (cuius de tabulis & bonis agitur) facinora, cogor omnes prioris vitæ rationes, cogor eiusdem ortum, & occasum paulo altius repetere. Qua quidem in re gratius efficienda, linguæ, atque animi fauores, mihi non denegari stipulabor. Sauletus supplicantium paternus auus, duos suscepit liberos, quorum

Repetitio rethorica

alteri nomen erat Antonio: is ob egregia, scilicet opera, in crucem actus, perpetuā suæ vitæ, & nominis infamiā reliquit posteris. Alter plagiarius, & rapto viuere assuetus, istorum pater, fuit à cælo ad terram, à capite ad pedes, à fronte & à tergo prodigiosè malus. Homo in sceleribus vigilans: in virtutum officiis somnolentus, & iacens, ineptus planè & bliteus inter viros, fortis contra, imò trasymachus, inter imbelles mulierculas. Quarum suffragiis, & ambitu, cum furor martis vniuersæ Galliæ minaretur excidium, anno 1535. ex lanio factus est repticius militum gregariorum chiliarchus, qui prius à scopis, à matula, à pedibus, & nuper augiæ stabulum: ganeo, & aquariolus erat, è castris satanæ, ad tribunatum manibus oculatis, & auro loquente candidatus peruenit: euocatis tuba, & quasi per satiram collectis leuis armaturæ velitibus, Ingentes ille turmas (ne dicam legiones armauit) allectos plures ab aliis præteritos ducibus, in numeros retulit,

retulit, vt verberones, sacculariοs, baiulos, mastigas, auribus minutos, militaribus simbolis, & sacramentis initiãdos: Illorum comitatu potẽs, & tali commilitio factus audax. quid operæpretiũ egerit, sine molestia: imò sine lachrymis pronunciare nequeo, is vtique aduersus omnes promiscue viros, & fœminas, mox pugnare cœpit. Quo tempore regi Christianissimo, inopinatum, & anceps faciebat negocium, ad aquas sextias; Carolus ille quintus: Fortunas ciuium diripere in hospites à symbolus esse, in eósque fractis tesseris inhumanius, quàm in hostes cuneatim sæuire, iure belli cõcutere, dilacerare, & pagatim expilare singulos, duxit egregium. Quos, aut obuios habere, aut domi intra priuatos parietes, facere captiuos poterat, Sacras Deo virgines constuprare, diuorum ædes spoliare donaria, & calices è tẽplis auferre. Omnia concursando & debaccando, Rapiniis, seditionibus, homicidiis, tumultibus, stupris, incendio, sacrilegiis, implere. Si quis minimam crudelitatis, arrogantiæ, fu-

roris

roris lineam, aut diarium, rerúmque gestarum codicillos, ephemerides, commentaria persequi, aut commemorare vellet iudices, dies illum, & lingua mediusfidius deficeret, hisce (proh dolor) militaribus rudimẽtis, imò maleficiis, publicè notus. Ille pãphagus, quamuis bardus & elumbis esset, vltimi loco supplicij præmium, & anadema fortissimi bellatoris obtinuit, tãquam bene meritus & rebus quasi præclarè gestis apud principem, & gratia, & stipendiis valuit, amplo donatus congiario: O tempora, ò mores, ò disciplinæ militaris corruptela, ex obscuro, ex vili genere, ex ignoto & ignobili lixa, ex terræ denique filio creatus est, eques auratæ, & castrensis militiæ. Quid? fortunæ blandientis indulgentiam (quàm Philippi Macedonis exemplo suspectam habere debuit) non reueritus, imò ignarus eadem quàm sit lubrica, impotens, & præceps fortunæ, suæ cepit oblitus sortis esse: iuxta illud summi Poetæ dictum elegãs, Nescia mens hominũ fati, sortisq; futuræ: & seruare modum rebus Verg.

ſublata ſecũdis. Pacis ſiquidem, & publicæ quietis impatiens Sauletus, decennaliũ violator induciarum, apoſtaſiæ, & deſertionis Lugduni poſtulatus, propter legitimæ (probationis inopiam) dimiſſus fide ſua, à vinculis, ad inſubres ſe recepit. Vbi clãculum machinari aduerſus ſalutẽ Mõteiani, regij ad Taurinenſes legati. Illíque palam & petulanter vſque ad epitheſim conuitiari cœpit. Hı̃c (cõſtitutis pluribus corycæis) enata eſt occaſio enquirendi capite. In mores Sauleti, in rapinas: in vitæ prius actæ rationes, in linguæ præcipitium, & incontinentiam, hinc orta eſt ex priuatis ſimultatibus veritas publica, hinc vno ſtatim momento (per anacriſim) plurium facinorum prodiit tenebris ante ſepulta, cognitio. O fœlix, imò potens, & nunquam ſterilis inuidia, quæ talem támque neceſſariam conſecuta eſt vindictam in vſum Reipublicæ, à domino factum eſt iſtud iudices: fœlix quem faciunt aliena pericula cautum: breuis, & fucata eſt huius vitæ gloria, indelebilis cul-

pa

*pa, & pena immortalis, quæ suos persequitur autores, etiam sepultos: nullum malum impunitum: nihil tam occultum, quod dies aliquando non reuelet: omnia fert tempus, veritatem aperit, & fortunā mutare nouit, inquit Plato, Hinc & scitè & verè dictū est à poetis, Filiam tēporis, esse veritatē: quæ multis licet mæandris impedita, in lucē tamē suo tēpore procedit: illa vtiq; nepharios, & barbaros, scelesti hominis mores indicauit opportunè, atque tandem effecit, ne prorsus impuniti forent, & obscuri: illius assequēdæ gratia, decreta est à rege quæstio, datúmque est quæstori parricidio in mandatis, collectis raptim testiū elogiis pignerari, & apprehendere Sauletum, ferreis vincire compedibus, & eundem digno plectere supplicio. Ille sui conscius, suam fuga salutem tuetur. Nihil miserius, ait ille, * quàm animus sibi male cōscius: oīb9 ī locis, & accusatores, & iudices præsentes adesse putat reus: Multos timeat necesse est, q̄ multis fuit iniuri9. Multa miser timeo, (ait poeta, *) quia feci multa*

* Plautus

* Ouidius.

proterué: Profugus ille ſcelerum cõſcientia territus, Geneuam propere ſe contulit: præcariam iſtic vitam per aliquot dies traducit, vadimonio criminali, & trinundino vocatus edicto, aqua & igni interdictus, foro iudicatur, inter apolides relatus, declaratur infamis, abſtentus: & à magna matre abdicatus, vniuerſis in publicum addictis fortunis: de quibus præſens agitatur cõflictus, iamdudum decertatus, & confectus decreto comitiali: At ne mutis, aut fictis agere teſtimoniis, apud vos videamur, promptam facimus iudicialis breuiculi, & latè patentis decreti fidem recitetur, niſi moleſtum ſit, copias ſuccẽturiatas, auctoritates decretorias ſenatuſconſulta, & præiudicia in manibus habemus: Horum præſentanea, & extemporalis lectio, & nos verum defenſores vero falſum enunciaſſe conteſtatur, & euincit, Idem triẽnio apud exteras nationes cõſumpto, reus perduellionis, & apoſtaſiæ plurium reus homicidiorum multarum reus concuſſionum Sauletus diplomatarĩus codicillis à ſenatu,

Decretũ legitur.

à ſenatu repudiatis, impatientia, & egritudine animi vita defungitur. Pena obitu ceſsat, * *culpa perennis erit. In ipſo illũ mortis limine fuiſse teſtatum, liberos tres hæredes ſcripſiſſe, ſua (ſi diis placet) ne extrà familiã alienari poſſent bona nominatim inhibuiſſe, multis illo teſtamento appoſitis inſuetis clauſulis edixiſse ferunt. Porrò longa dictionum ſerie non eſt opus iudices. Prius de teſtãtis perſona, quàm de teſtamẽti viribus quærendum eſt. Imprimis (ait) Caius* * *in titulo de teſtamentis, animaduertere debemus, an is qui fecit teſtamentum, habuerit teſtamenti factionem: deinde ſi habuerit requiremus, an ſecũdum regulas iuris ciuilis teſtatus ſit. At culpæ & pœnæ ſeruus, & apud hoſtes diem functas ſupremum Sauletus, qui teſtari potuit? Idem eodem in titulo, Caius in lege, eius qui apud hoſtes potuiſse negat. Sine legum teſtimonio res ipſa loquitur, initium in omni negotio ſpectandum eſt, ab eodem pendet iſtius innocentia, & victoria cauſæ: ab eodem mutuanda eſt*

* Ouidi.

* L. 4. ff.

totius decisio negotij. Malū infelix, & scelestum Sauleti fuit initium: is enim intime, & optime sceleratus, à prȩda, à sanguine, & carnificina ciuium, à rapinis, à sacrilegiis, à piraticis expilationibus, incepit esse: & diues & famosus latro, à lotio (vt aiunt) & à mortuis vectigal exigere digitis loqui, animas negotiari: Miseris insultare, cum laruis & vmbris luctari solitus: Hinc factus est viarum obsessor, & viatorum aggressor, & homicida prodigiosus, Maxentio & Diomede tirānis longe crudelior: cuius media vitæ ratio fuit, proscriptio, exilium, fuga bonorum publicatio, exitus tādem factis laude dignissimis, & officiis consentaneus: spiritus certè (quod Deus optimus maximus auertat) & corporis interitus decessit innisus, & suis & exteris, stigmaticam passus traductionē, & ad palinodiam ignominiosam adactus, decessit atro notatus carbone, omniumque religionum sacris, & inferis deuotus. Postremò repertis piaculis conuictus obiit, ad flāmas impietatis vltrices damnatus, amisso

testamen-

testamentariæ factionis iure. Qui sententiam mortis, aut deportationis, aut perpetui exilij iudicium patiuntur, aut in metallum dati sunt, aut in opus metalli, desinunt (ait Martianus) testari posse: Et si quid eis testamẽto datũ fuerit, pro nõ scripto est, in.l. quidã.de pœnis. Caius ait [a] *Si cui aqua & igni interdictũ sit, eius nec illud testamentũ valet, quod ibi fecit, nec id quod postea fecerit. Bona quoque, quæ tũc habuit, cũ dãnaretur publicabũtur. Hi verò, qui ad ferrũ, aut ad bestias, aut in metallũ dãnantur, libertatem perdũt, bonáque eorũ publicãtur.* [b] *Vnde apparet eos amittere testamẽti factionẽ. Callistratus in.l.1.de bonis dãnatorũ supplicii dãnatione bona publicãtur, cùm aut vita adimitur, aut ciuitas, aut seruilis irrogatur conditio. Alphenus ait,* [c] *eum qui ciuitatẽ amisit, (vt Sauletus) nihil aliud iuris adimere liberis, nisi quod ab ipso peruẽturum esset ad eos: si intestatus in ciuitate moreretur. Quæ verò non à patre, sed à genere, à ciuitate, à rerum natura tribuerẽtur, ea manere eis in-*

a in l.ei⁹. §.si cui. de testamentis.

b in. l. is cui de testamen.

c In titulo de interdictis.

a in titulo de sententiam passis, & restituntis.

columia. Papinianus ait: [a] *In insulam deportati bona fiscus retinet. Marcellus ait, in titulo de cadaueribus punitorum, Si quis in insulam deportatus, vel relegatus fuerit, pœna etiã post mortem manet, nec licet eum inde transferre, & sepelire inconsulto principe. Alexander imperat. Victori & Frontoni rescripsit:* [b] *Deportati (quia bona fisco vendicantur) hæredem habere nequeunt. Gordianus ait, in titulo de bonis proscriptorum, In metallum damnatus pœnæ seruus efficitur, & eius bona in rationes fisci trãsferuntur. Diocletianus in eodem titulo, De bonis, ait, patris deportati filiis nihil deberi, iuris absolutissimi est. In deportationis vices hodie successit triremium pœna, morte non inferior: cui addicti, quæ iuris sunt ciuilis, amittunt omnia, quæ verò iurisgentium, indubiè retinent. At testamẽti factio iuris est publici & Romani, cuius capacem Sauletum capitali obnoxium supplicio, profugum, & exulem, nemo nisi sensu, & mẽte destitutus affirmarit: quem Senatus ho-*

b in titulo de pœnis.

stem

ſtem Reip. declarauit: quem pontifex maximus ſacris, & communione hominum interdixit, pro ampliſsimi, & purpurati collegij ſententia: quem nobilitas, & plebeius ordo vocat in triuiis, & compitis, patriæ vbique proditorem Gyaris, & tetro carcere dignũ. Iuuenalis
Hũc tot infamiæ maculis labefactum prædonem, tot obſcenis, & nephariis ſceleribus contaminatum parricidam, hominem denique ſingulari, & profuſa nequitia, noua & crudeli impietate, omniúmque maleficiorum colluuie notatum, ad omnem improbitatem, ad omne facinus audax, ad turpitudinem proiectum reum, hoſtem patriæ, legum euerſorem, bonorum decoctorem, alienæ laudis oppreſſorem, tot iudicum ſententiis damnatum, quis dicat teſtari, & teſtamẽto potuiſſe bona in ærarium principis reducta (quorũ facta erat anagraphe decreto ſenatus) ad ſuos traducere liberos, cùm in alium plus iuris trãsferre quàm habeat nemo poſsit: Id quod noſtrũ eſt, ſine facto noſtro non poteſt à nobis auferri: Nemo dat quod non habet.*

* Anagraphe dicitur deſcriptio & ĩuẽtarium.

l.fi. de bonis iud. auth. poſſ.

Quæ semel, vel contractu, vel delicto fiunt principis, nullam patiuntur alienationẽ, nisi longi tẽporis silentio. In omnibus (ait Hermogenes) fisci quæstionibus viginti annorum præscriptio custoditur, vt à Martiano in titulo de requirendis reis, responsum est. Sauletus igitur præconio citatus, & trib° requisitus edictis, læsæ maiestatis reus, hostis patriæ indicatus, bonis annotatis, ius neque cõdendi testamenti, neque hæredes habere potuit. Is si bene sibi fuisset conscius, intra anni spatium ad nomina in iure respondisset, non desertis vadimoniis, aut purgaturus sese, aut veniam deprecaturus. Is cum suis sepultus vitiis suæ fecit infamiæ liberos hæredes, non bonorũ. Quibus & ante obitum, & in ipso vitæ digressu caruit. Illi inter viuos agenti obstabat titulus, de requirẽdis reis & absentibus damnãdis: eidẽ vita defuncto, & eius hæredibus obstabit. Qui in ius alterius succedũt, eisdem vti & iuribus, & actionibus passiuis, & actiuis æquum est, nec melioris queunt esse conditionis hæredes, quàm*

* in titulo de perpetuis & tẽporalibus proscrip.

testator

testator fuerit, quatenus auctoritate, titulis, aut persona nituntur illius, cuius vices referũt: nihil enim est aliud hæreditas, quàm successio in vniuersum ius, quod defunctus habuit. Atqui Sauletus infamis, & exul, perpetuóque deportationis addictus supplicio, nihil habuit suum, præter malam scelerum conscientiam, præter seruitutem pœnæ, quæ cõsequuta est illum vsque ad extremum vitæ terminum: nam vitæ, aut libertatis, aut ciuitatis amissionẽ accessoria sequitur bonorũ ademptio. Neque verò cessauit illa, neq; cessat ob læsæ maiestatis accusationẽ inflicta pœna, vt quæ instar lepræ suum, & viuum, & mortuum persequitur autorem, vsque ad infe●os bonis semper & prius adẽptis. Nam hoc crimen (inquit [a] Vlpianus) nisi à successoribus purgetur, hæreditas fisco vẽdicatur, nullus tãetsi sequutus est euentus: & filij ait Arcadius Imperator [b], in quibus paterni criminis exempla metuuntur à materna, vel auita, omnium etiam proximorũ hæreditate, ac successione habeãtur alieni, & testamẽtis

[a] in titulo ad leg. Iuliã maiest. in.l.fi.

[b] ĩ.l.quisquis.

nihil capiant, sint perpetuo egentes, necnon infamia eos comitetur paterna, ad nullos prorsus honores perueniant, sint postremò tales, quibus sit & mors solatium, & vita supplicium. Tanti est momenti, támque potentis est odij: perduellionis crimen, vt suo etiam nomine, sine re, posteros inficiat. Vt eorum qui viuunt, & eorum qui decesserunt, æquè memoriam damnet: vt in eo criminis genere damnato patre: damnatus legis imperio censeatur filius, licet innocens, & impubes: nec isto solum crimine publico: viuus iste se, & suos liberos labefecit. Nam quicquid (vt vno verbo dicam) apud Iustinianum, in nono codicis libro maleficiorum tractatur, Sauletus vnus impotenter admisit, omnes illius libri noni titulos, omnes omniũ scelerum species, genera, sectiones in vsum, & praxim deduxit. Primum (vt est in confesso) multos probos, & integri nominis viros concinnatis litibus accusauit, quos senatus, caussa postea cognita per discessionẽ, & conflato iudicio, declarauit innocentes:*

* Liber nonus Codicis, & tituli.

Concinnare lites.

plurimos

plurimos sui loci, & ordinis milites principi detulit maiestatis, quos principali rescripto, & vestris censuris videmus absolutos, praesente Sauleto, qui talionis, imò & duplionis mulcta dignissimus erat. Quoties quaeso regios fregit ille carceres, corruptis impia mercede custodibus? quoties priuatis inclusit carceribus imbelles, & insontes villicos, spe extorquendae ab illis pecuniae? decies millies principi suo, cuius stipendiis merebat, & huic senatui, non iracundus, & furens, sed sobrius, & consultus publicè & seditiose imprecatus est: laesae (in primo capite) maiestatis (cuius desperauit viuus deprecationem) & reus, & conuictus obiit, desertor militiae, & emensor in castris iudicatus, hostibus subinde secreta regni detexit. Quot & quibus pollutus adulteriis fuerit, quot incestus, stupra, raptus, domi, & militiae patrarit, non est facilè dicere. Quid aliud egit? Sicarius fuit, imò parricida, concubinam enim suam vterũ gerentem, noctu Diuione praecipitauit, maleficus

fuit, veneno ſiquidem plures exuit vita: Sepulchrorum violator; capta enim Roma nuper, duce Borbonio, ſummorum ille pontificum effodit, & abraſit ſepulchra, vt annulis aureis (qui cum ſepeliri dicuntur) potiretur: Plagiarius *præterea fuit, liberos vtique homines partim vi, partim clanculum abductos* Aenobarbo *illi* Turcarum *archipiratæ venundedit:* Tutor *adhæc ſuam iſte pupillam, necdum viripotentem ſtuprauit, ſupplicio dignus raptoris:* Suum *centies mutauit nomen & barbam, ne agnitus proderetur miniſtris iuſtitiæ, quorum ſemper euaſit manus: ſæpe idem magiſtratus officium, licet priuatus exercuit, concuſsiones egit penè innumeras, varias expilauit hæreditates, multorum teſtamenta celauit, & in ignem proiecit, aduerſus innocenteis teſtationes faciendas iudices, & teſtes corrumpendos decies milies procurauit: falſam feciſſe, & expoſuiſſe monetam, coram prætore* Lugdunenſi *delatus, corruptis accuſatoribus euaſit pœnam in peculatus, & repetundarum crimine*

damnatus

damnatus quadrupli fuit, vt ex actis apud nos prolatis apparuit, legantur. Nouissimis *hisce temporibus ob repentinæ seditionis (cuius autor* Auinione *in castris erat) inuidiam, parum abfuit quin mercenarij milites Heluetij tribus suorum legionibus instructi, à rege multis modis afflicto defecerint: atque ruperint obsequium, quorum iste primores quatuor insidiis nocturnis interfecerat. Insignia istius sacrilegia, nepharias istius cædes profusam nequitiam, inuolutiones, crudelitates innumeras, & inclementiam, si (quod omnes sciunt) non intellexistis, ex hisce, quæ statim editurus vobis sum testimoniis plenè, solidè, & exactè cognoscetis. Et ita cognoscetis, vt eundem, nedum incapacem testandi, sed & vita, & sepultura indignum confestim iudicaturi sitis. Bene est, & æquitati congruit, iudices, vt quas ille* νεόπλουτος, *ex sanguine pauperum, ex sacrilegiis, ex rapinis, concussionibus, & furtis insignibus cumulauit fortunas, nunc isti qui sinuosis allegationum mæandris, & verbosis syllo-*

Id est obe dictia cessarint.

Inuolare significat furari, & īuolator, vn voleur

Id est, nu per diues factus.

gismis veritatem vobis prius eripere conati sunt, paterni criminis hæredes assequantur, & ad Geneuenses Lutheranæ factionis asseclas transferant. Verum enimuerò demus supplicibus istis aduersariis Sauletum fuisse & frugi, & illesi nominis patremfamilias: demus apud nullos fuisse iudices accusatũ, demus nullius illum fuisse criminis conuictum, integrè, & probè, & citra alienam, vel iacturã, vel iniuriam vixisse, quod longiꝰ à verò abest, quàm dies à tenebris, quàm à virtute vitium, quàm à veritate mẽdaciũ: nihilo tamen secius hos à petitis repellendos, & legibus scriptis, & solidis rationibus docebitur. Et vt res apertius procedat, non grauatim totam caussæ huius dictionem in tria partiemur capita, tréisq; apponemus (extra quos egredi nõ liceat) articulos. Quorũ primus erit, bona alienari prohibita, per delictum adquiri fisco. Alter, obnoxia restitutioni bona fideicommissariis statim non restitui, sed interim (donec grauatus hæres in fata cõcesserit) mãcipari fisco cũ sua caussa.

Postremus

Postremus ostendet in delictis certè grauioribus, non tantum bona, sed & actiones quascunque, & reliqua condemnati iura, & exceptiones in publicum transire. Quæso, iudices, vt quæ polliciti sumus sedùlo memoriæ mandetis: vnico Pauli responso relinquitur euidens primi capitis probatio, in l. statius Florus *Cornelio felici: mater, ait* [a]*, scripta hæres, rogata erat hæreditatem restituere post mortem suam, cum hæres scripta condemnata esset, & à fisco omnia bona mulieris occuparentur, dicebat* Felix, *se ante pœnam esse: hoc enim constitutum est, pœnis fiscalibus creditores præferri. Repulsus tamen est à petitione fideicommissi, quod fisco fuit adiudicatũ cum suo onere. Is* Felix *(vt ex legis sententia apparet) fideicommissarius erat, qui de viuentis hæreditate nõ debuit esse sollicitus. Bona in matrem collata erant, & restitutioni obnoxia, & alienari probibita: ipsa mater hæres grauata, ciuiliter moritur publicatis bonis: illius mors naturalis expectatur, vt locus fiat fideicommisso per fiscum restituendo. Alterum vnius Pa-*

[a] De iure fisci. ff.

piniani sententia decisum, reperire liceat, in.l. cum pater.§. hæreditatem. [a] Grauatus restituere, quanuis deportationem passus, ante obitum tamen non restituit, nec fideicommissi conditioni locum facit ipsa deportatio. Est igitur necessarius non fictæ mortis interuentus. Vlpiani, si placet, & verba, & quæstionem aptè, & concinnè discussam non grauatim audiatis: in.l. ex facto.§. Ex facto (ait) [b] tractatum memini: Rogauerat quædam mulier filium suum, vt si sine liberis decessisset, restitueret patri suo hæreditatem: is postea filius rogatus in insulam deportatus liberos susceperat: quæstionis erat, defecisset, necne fideicommissi conditio. Concepti, inquit ille, ante deportationem liberi faciunt deficere fideicommissum patri, quem excludunt sine suo fructu, & fisco locum faciunt. Concepti post deportationem (quia statu grauati mutato, non videntur illi, de quibus cogitauit testator) non excludūt substitutum, imò illi magnopere prosunt, vt bona

a in tit. de leg. 2.

b ad Trebellianū.

na

na ſecuta deportati morte petat, & vendicet à fiſco: in quē tranſierant cum ſua cauſſa, id eſt, cum onere fideicommiſsi reſtituendi. Idem Vlpianus in eodem titulo, Si is (ait) qui rogatus fuerat hæreditatem reſtituere ante quæſtionem de familia habitam, vel tabulas aperuerit, vel hæreditatem adierit, vel quid eorum fecerit, quæ ſenatuſconſulto prohibentur, ac per hoc publicata fuerit hæreditas, fiſcus cum ſuis oneribus adquirit hæreditatem. Quare commodum quartæ, quod habiturus erat inſtitutus, id ad fiſcum pertinet: dodrans verò fideicommiſſario reſtituitur fiſcali manu. Fiſcus igitur retinet quod hæres retenturus erat: ſed in hac ſpecie Sauleti filius omnia retenturus erat, vſque ad extremum vitæ ſpiritum: Et moriens duas quartas, legitimam, ab omni exemptam onere, & Trebellianicam ad quoſcunque tranſmiſſurus. Ergo & fiſcus eius ſucceſſor, qui in ius alterius ſuccedit, eodem iure vti debet. Sauleti filius ad remigia damnatus viuit, nullum mortis

vestigium, nullum testimonium extat: donec eo mortuo fideicommissi, neque legitima, neq; commoda est petitio: deportatus enim verè mortuus non est. Papinianus *in.l.peto.§. prædium.de legatis secundo. Quandiu, ait, hæres vendere prohibitus viuit, tandiu emptor potietur bonis venditis, fructus quoscuuque suos faciet: ita & fiscus tandiu possidebit bona publicata, quandiu viuet deportatus, exclusa penitus interim eius familia. Iulianus in.l.recusare.ad* Trebellianum. *Cum fisco, inquit, vacantia bona deferuntur, nec velit bona fiscus agnoscere, sed fideicommissario restituere, æquissimum erit, quasi is vendicauerit, necem defuncti, fiscum restitutionem facere.* Apud Iulianum *fiscus statim restituit, quia noluit agnoscere bona retenturus, si voluisset. Huc pertinent ea, quæ scite deciduntur à Baldo &* Angelo, *duobus iurisprudentiæ luminibus, in l.*Papinianus*.§.meminisse. Quando bona, inquiunt, hæredis restituere grauati decreto iudicis, aut ipso iure publicabuntur, id fieri intelligitur cum sua caussa, & cum suo onere,*

vt

vt adueniente fideicommissi conditione, fiat illorum per fiscum restitutio. Proxima est Pauli Castrensis opinio, in l. filiusfa. §. diui. Si alienare prohibitus hæres (ait) grãde aliquod piaculum admittat, merito cuius bona in fiscum transire debeant, id solum operatur prohibitio, ne illa in perpetuum fisco addicantur, sed sequuta hæredis morte deueniant ad legitimos prohibentis hæredes. A Paulo minime dissentaneam Baldi sententiam vobis citare non pigebit, in l. antiquitas. C. de vsusfr. Si legatus (inquit) est vsusfructus Titio & hæredibus, Si Titius, & culpæ, & penæ debitor capite diminutus, aut de statu suo deiectus ab vsufructu repellitur, eo inter viuos agente consolidatur proprietati: at eo diem extremum functo ad suos reuertitur hæredes vsusfructus, ante Titij decessum nõ restituendus. Duorum non paruæ lectionis autorum opinione apud omnes iudices recepta, multis adhæc prudẽtum responsis confirmatus fiscus Sauleti exilio damnati nudum, & momentaneum vsu-

fructum, nõ autem immobile dominium, & prohibitæ rei proprietatem petit. Et quod petit, à tabulis (de quibus agitur) non est alienum, si scriptus illarũ tenor spectetur: pretiũ est operæ verba ipsa testamẽti huc trãscribi. Filios (testator ait) tres meos æquis portiõibus instituo, quos vicissim rogo sine liberis diem functuros, suã superstiti restituere portionem, quam alienari veto. Ex eo fideicommisso veniunt duo consideranda, mortis, & liberorum commemoratio, vtriusque euẽtus expectandus est: sobolis inopia, & hæredum naturalis obitus præcedere debuit, vt præcaria restitutioni locus fiat, neque verò grauatus in diem, vel sub conditione (quisquis ille sit, licet vltro velit) ad præsens restituere, potest: nisi repudietur Gaij Iurisconsultorum eloquentissimi cõsilium in l. sed & si ante diem, vel ante cõditionem restituta sit hæreditas, non transferuntur actiones: quia non ita restituitur hæreditas, vt testator voluit, planè postea quàm extiterit cõditio, & dies venerit, benignius est intelligi tunc translatas*

* ad Trebellianũ.

*latas videri in eum actiones. Ex his colligere liceat, repellendos à præmatura petitione competitores istos supplices, & querulos, quibus planè aduersatur titulus, ille de plus petitionibus. Quatuor enim modis plus petitur, vt nemini homini est obscurũ: pluris autem petitionis authores litis damna, & æstimationem sufferunt. Nónne Sauleti patris iudicio rogati sunt, sua post mortem restituere bona, si absque liberis excederent? nónne proscriptus, & scapharum suppliciis admotus frater, potest habere liberos? nónne possunt indubiè & ipsi ante condemnatum fratrem, & ante conditionis euentum mori? Est igitur nouum, & à iuris regulis plusquam remotum, istos (lubet præcoces dicere, & præcipites) aduersarios, in hisce bonis creditores æstimari, nisi prius fideicommissi conditio venerit. Citetur * Vlpianus, in titulo de actionibus & obligationibus. Is cui sub conditione legatum est (ait) pendente conditione non est creditor: quanuis eum, qui stipulatus* * ff.

est sub conditione placeat, etiam pendente conditione, creditorem esse, vt spem trãsmittat ad suos heredes. Priorum ex his videtur capitum in lucẽ prodiisse veritas: cui siquidem non repugnat, imò propitia est plurimum illa, quam aduersariam faciunt Martiani sententia, in. l. filiusf. §. diui. de legat. 1. Diui, ait, Verus & Antoninus, prohibitiones alienationis extra familiam, neque creditoribus, neque fisco, esse fraudi rescripserunt. magnus est prohibitionis effectus: sed non adeo magnus, vt suam vim in necessarias, & fiscales alienatiões exerceat, & fiscum excludat. Alioqui impunita fierent omnia, & hæredum & legatariorum admissa: alioqui doli futuri impune promitteretur remissio: alioqui plus valeret vnius inconsulta testatoris interdictio, quàm publica legum authoritas: Quod absurdum esse, & inauditum, nemo non intelligit: inter omnes sine controuersia conuenit, voluntarias impediri testamentariæ prohibitionis officio, non autem necessarias, & publicas

blicas alienationes, & quas ob delictum cõmitti & fieri contingit. Videmus etenim bona alienari prohibita, distrahi, & dari creditoribus insolutum: videmus ipsas dotes, multis, licet fauoribus plenas, propter muliebres noxas publicari, & in fiscum transire: vt à Paulo responsum est in.l. quinque legibus, in titulo de bonis damnatorum. In ipso innocentiæ statu, ante peccatum, imò & aureis Saturni temporibus, omnia inter mortales & publica erant, & communia: ferreo succedẽte seculo, facta sunt priuata: duo pronomina Meum, & Tuum, omnium malorum seminaria, hinc orta sunt, & comparata: porro quælibet res facilè reuertitur ad naturam suam. Quod humana cupiditate, & ambitione priuatum cepit esse, illud delinquendo desinit esse proprium, & efficitur publicum, neglectus hominum conuentionibus. Ius enim publicum pactis, aut prohibitionibus priuatorum tolli, aut minui non potest. Publicus fauor præferendus est vltimis testantium elogiis: nemo potest face-

re, vt leges ſuo locum teſtamento non habeant. Teſtamentaria (fateor) ſi cauſſam habeat, ſeruanda eſt inhibitio: cui obſequi omnes penè iuriſconſulti, & volunt, & præcipiunt. Cauſſam hic idoneam, & efficacem non reperias, niſi quæ ſcelus hæredis faciat impunitum, & incentiuum liberis tribuat delinquendi in fraudem publici boni, & fiſci, cuius iura perpetua ſunt, & multis commendata priuilegiis. Si creditoribus hæreditariis nequeat teſtator legem imponere, ſi nequeat illorum actiones minuere, aut aliud pro alio iubere ſolui: qui fieri poſſit, vt bona in publicum redacta tollat? Deterioris non debet conditionis eſſe fiſcus, quàm priuatus: atqui priuati ſucceſſoris, aut legitimi, aut aduenticii mutatio, neque ius autoris præcedens, neque iuris qualitatẽ variat. Bona Sauleti patris ante obitum iampridem, & affecta nobis, & cõmiſſa erant: noui aduẽtu hæredis nihil noui iuris illis acceſſit. Quare cùm eo viuo noſtra cœperint eſſe, niſi aut principis liberalitas,

tas, aut paterni criminis abolitio, aut legitima præscriptio ostendatur: esse in bonis nostris desiisse non possunt dici. Horum cùm nihil in actis appareat, frustra sese litibus inuoluunt supplices aduersarii, frustra de nobis queruntur, frustra nos in inuidiam eorum, qui consilio adsunt, adducere nituntur, oleum (quod aiunt) & operam ludentes. Desinant itaque regios magistratus à principe selectos postulare, & criminari, iudicum decretis obstrepere desinant. Ex officio (vel inuiti) persequimur quoslibet humanæ societatis violatores, quorum vita est bonorum supplicium. Sepultorum memoriã persequimur: improbos, & famosos persequimur: omnia ex vsu publico metimur, & in commune consulimus. Hæ sunt fiscalis officii rationes, vltores scelerũ, vindices malorum, tutores innocentiæ sumus: æqui & boni consulant, velint nolint, qui iudicia nobiscum exercent, neque precibus, neque lachrymis, neque inopia malorum mouemur. Accusetur itaque minime proba, &

laudabilis Sauleti vita, non fiscus vindex iniquitatis: accusetur insolens, & inaudita crudelitas illius, qui quo iure, quaque iniuria, multos impunè iugulauit: accusentur quotidianæ illius expilationes, rapinæ, & concussitiones, quæ & patrem, & eius liberos, auita successione indignos reddiderunt. Peccati stipēdia sunt isthæc, quæ quāto diuturniora sunt, tanto pluribus ærumnis suos afficiunt assectas. Nam qui facit peccatum, seruus est peccati: Multa sunt flagella peccatorū: anima etenim quæ peccauerit, ipsa morietur. Quæ seminauerit homo (inquit Paulus) hæc & metet: quoniam qui seminat in carne sua, de carne sua metet corruptionem: & qui seminat in spiritu, metet vitam æternam. Ea est genuina delictorum natura, vt delinquētes, & eorum hæredes, miseros, humiles, & abiectos faciant. Cain vagus factus est super terram omnibus diebus vitæ suæ. Orientis imperiū à Sardanapalo, & eius familia ad Medos translatum est. Cur ita? nempe propter domesticum

mesticum meretricium, & nepharias illius libidines. Duodecim Cæsares Romæ fuerunt, & omnes aut tyranni, aut Christianæ crucis inimici: ab illis ad Græcos, à Græcis ad Germanos traducta fuit totius imperij potestas. multis nō est opus apud vos testimoniis, iudices, agere: in veterum historiis exēpla sunt plusquam innumera: sed his pretermissis, ad ea (vnde digressi sumus) quæ supersunt, regrediamur. Non est quod tantopere, vel actiōes, vel conatus nostros improbent: quod laudem vel eximiā promeretur, id vitio vertunt aduersarij: quòd alienis inhiare fortunis videamur, id vice criminis ducunt: sed falluntur egregiè: nam iuris exequutio non habet iniuriam. Quod legū autoritate, & iudicum decretis fit, neque pœnam, neque inuidiam, vel odium meretur: Hominibus malis placere, est Christo displicere, est vitæ sanctimoniam, probitatem, innocentiam, vniuersas denique virtutes prosternere, & pessundare. Qui populi fauores sectatur, & ambit, is in viris bonis &

fortibus haberi non potest. Qui publicam, vel priuatam reformidat inuidiam, nunquam ad Reipubli. curas, nunquam ad fisci rationes, & munera, etiam coactus accedat: suo sese quisque pede metiatur. Quam quisque nouerit artem, in hac sese exerceat, & sequatur. Qui meticulosi sunt, & sermonis inopes, intra priuatos agant parietes, testudinis instar sua non exeant domo. Nullus ad accusandum descendat, nisi plusquã bene sibi conscius: ille quanuis, quod candidè à se factum sit, in nigrum vertatur, negligat, aspernetur, audiat multa, & plura digito compescat, nisi publica, & tempestiua detur occasio dicendi. Quorsum hæc? Nimirum, vt certò sciant hi, qui vestro in conspectu, & impudenter, & perperam, in nostrum, & nomen, & officiũ inuaserunt, non pluris nos eorum facere conuitia, criminationes, & strepitus, quàm aquila scarabeũ. Sed his obiter præmissis, centumuirali iudicio, & vestris censuris publicata bona petimus, auctionamur, & apertè distrahimus:

placita

placita vestra sequuti, proscripti hominis portiones inutili fideicommisso obnoxias, si fisco vēdicemus, nemini facere videmur iniuriam: id facimus, quod non facere in culpa, & loco criminis esset. Nam iudicia, nisi legitimum exequutionis effectum sortiantur, illusoria fiunt, & ridicula: litésque ex litibus oriuntur, & nunquam litium finis. Aut præiudiciis acquiescant, aut iudicati, iuxta regias sanctiones, recens promulgatas, depositis duodecies vicenis libris, proponant errorem. quod in causis, & capitalibus, & possessoriis vetitum est, aut vltro à lite desistāt: vestras aures audiēdo fatigatas, suis querulis & aculeatis, & īfructuosis precibus desināt obtūdere. Sed ne lōgius, quàm par sit euagemur, ad postremam nostræ sectionis partem breuis cōuertatur oratio. Vlpianus in. l. si constāte. Si bona mulieris (ait) pro parte sint publicata, superest mulieri reliquæ partis dotis exactio. Vbi Accursius, si in legē Iuliā de vi priuata cōmittat mulier cōiugata, tertiam dotis retinendæ partem:*

Id est, picquantes.

si in Corneliam de falsis, aut in Iuliam maiestatis, totam perdit dotem: dotisque actiones ad fiscum, & contra eundem trãseunt. Iulianus ait, Si, marito publico iudicio damnato, pars aliqua bonorũ eius publicetur, fiscus creditoribus eius satisfacere necesse habet. Verus & Antoninus Aquiliæ dotem à fisco repetendi rescripserunt [a], *Secundũ rationẽ iuris existimas restitui tibi debere dotem à fisco, qui bona damnati patris tui suscepit. Philippus Impe. ait* [b] *Publicatis bonis alicuius, obligationes transferũtur in fiscum. Pluribus legum citationibus non est opus: in dubium reuocari non debet, Publicatis iudicium passi bonis, publicatas videri & actiones, & quæcunque iura, & adquiri fisco: cùm bonorum appellatione veniant actiones. Nam qui vendit, donat, aut obligat bona, suas censetur obligationes trãsferre. Itaque non obstant illa quæ in diuersum superfluè proferuntur legum præscripta: ad quæ dissoluenda, facilis patebit aditus, si reliquam nostræ dictionis partem non*

a in.l.1. C.solut. matri.

b de proscri.l.si vt proponis.

non grauatim audiatis. F*iscus, inquiunt, non est hæres.* T*ametsi domesticus non est, hæredis tamen indigni vices subit, & vulgari præfertur substituto, atque eius liberis. Hæres adhæc defuncti tenetur agnoscere iudicium, & illius votis obsequi.* N*on negatur, modo cum legibus nihil pugnet: hæreditaria subire onera, stare colono, necem vindicare defuncti, conficere inuentarium. Prioribus cedere creditoribus, & legatariis debet fiscus, quem constat ingratum, alienum, & insperatum creditorem esse, in quem iure commissi non transferuntur bona, quæ domesticis hæredibus competunt, nec extra familiam alienantur.* At*qui ea quæ petuntur à nobis, non profectitia sunt, sed aduentitia, & nuper quæsita. Istud præterea* R*omanis est legibus inductum: sed à nobis repudiatum: neque vnquam in Gallia fuit admissa illa noua Iustiniani sanctio*[a]*. Siquidem ex vsu nostro forensi in vniuersis tribunalium subselliis merito obseruari videmus, vt corporis ruinam accessoria sequatur bonorum ademptio: ne*

a auct. bona damnatorum.

quod vna probibitum est via, illud alia ratione fiat. Nam pater delicto obnoxius, & iudicium passus, ad filios (si quos habeat) transmittet hæreditatem, ad se per eosdem reuersuram. Quicquid enim adquirit filius, in vsum patris cedit. Ex suo igitur dolo fructum reportabit, impunitum remanebit maleficium: ex sua culpa præmium consequetur. Bonorum enim detractio, est non minima portio supplicij: cum diuitiæ, ad vsus quotidianos necessariæ, dicantur secundus sanguis: Quæ cum sint natura caducæ, viles, & momentaneæ, eas tamen testator, immortalis gloriæ cupidus, perpetuas & immobiles efficere frustra conatur duobus potissimum modis substituendo, & probibendo, ne nomen agnationis, & familiæ pereat, vnde litium & contentionum campus vberrimus. Nullum reperiri licet testamentum, in quo varij non sint substitutionum congesti gradus, in quo alienationis non sit apposita probibitio. Cuius adiectio hæredis instituendi, libertatem donandi, coutrahendi, disponendi ius, & præscriptiones impedit. Facit ad

cit ad hæc plures inteſtatos decedere, cùm de legitima (nullius fideicommiſsi) capace poſsint, de prohibitis alienari bonis, non poſsint diſponere Liberi, quibus interdicere, ne ſuis vtantur fortunis, quando prohibentis eſse deſierint, abſurdum eſt: in fraudem fiſci iſthæc fieri, non dubium eſt. Omnia ſunt principis: omnia delinquendo ad principem redeunt. Legis virtus eſt, tueri bonos, punire malos, & eoſdem corpore, & bonis ſpoliare. Itaque videri non debent odioſæ bonorum publicationes, quarum metus non paucos in officio continet. Sed de his hactenus: ſoluendi enim ſenatus tempus inſtat, & hora ſonuit decima, quæ cauſsas agentibus, & otium, & ſilentium interponit. Ampliſsimi patres, Peroratio *veritatis, & innocentiæ defenſores, ad accuſandum huc venimus: illa neque lachrymis, neque precibus, neque rhetoricis coloribus indiget. Pupillis, & viduis iuſtam fouentibus cauſsam, promptè expeditè, & gratuitò ſuccurrendum, aduerſus po-*

tentiores. In iudiciis prohibita est personarũ acceptio: in quibus pauperis non misereberis neque viduæ: in quibus fauores, odium, spes, metus, & reliqui affectus cessant, seruatur æqualitas: clausis agit oculis iustitia, in qua ex meritis, non ex lachrymis ius penditur, in qua titulus, non fletus inspici solet: in qua ius nouum nulli tribuitur, sed antiquũ causa cognita conseruatur, & declaratur. Durum est, Iudices, (fatemur) hisce adolescentulis non opitulari, durum est non misereri, durum est alimenta famelicis, & egentibus non suppeditari: Atqui durius est, & exempli longe peioris, maleficia remanere impunita: durius est pluribus vigiliis excogitatas legum violare sanctiones, durius est bonum commune priuatis commodis metiri. Brutus neque sibi, neque leberis pepercit, vt in publicũ cõsuleret: Iudices neque possunt, neque debent esse clementiores legibus, quas videmus inexorabiles.

DIXI.

Senatusconsultum.

Caussa biduo concertata, & iuridicialiter constituta.

Senatus ex symbolis patrum curiæ conscriptorum Liseti (summi præsidis oraculo) respondit: subscriptione fisci sublata: & circumscriptis decretis commeatibus, & edictis omnibus aduersus Sauletum mortuum obtentis, superiores in caussa pupillos esse: & solidas ab illis proscripti fratris portiones, manu fidutiaria retinendas censuit, eodem fisco planè abiudicato, cui silentium indictum est.

Lisetus responsa quatuor, & leges aliquot senatus uice, & nomine protulit, & scite induxit.

Modestini, in titulo de Fideicommiss. libert. ff.

IMperator Antoninus cùm Firmius Mutiano Tragœdos tres legasset, & adiecisset: quos tibi commendo ne alicui alii seruiant: publicatis bonis Mutiani rescripsit, illos tres seruos debere publicé manumitti, & nõ publicari cum reliquis Mutiani fortunis: tacita fuit apud Modestinũ Firmii testatoris prohibitio. Atqui triũ, illa, seruorum publicationẽ impediuit, Sauletus contrà testamento nominatim inhibuit, ne sua ad exteros hæredes bona deuenirent superstite prole mascula.

Florentini, in titulo de Bonis libert. ff.

L. Si in libertum animaduersum erit, patronis eius ius, quod in bonis habituri essent, eripiendum non est: sed reliquam partem bonorum (quæ ad manumissorem iure ciuili non pertineat) fisco esse vendicandũ placet. In hac autem specie portiones, quæ à fico petuntur, legitimæ sunt profectitiæ, & clientelares.

Hermogeniani, in titulo ad legem Iuliam maiestatis.

L. Eorum qui maiestatis crimine dãnati sunt, libertorum bona liberis damnatorúm conseruari Diuus Seuerus decreuit, & tunc demũ fisco vendicari, si nemo damnati liberorum existat:

Papiniani, in titulo Soluto matrimonio.

L. In insulam patre deportato, qui dotem pro filia dedit, actio dotis ad filiam pertineat, & nõ ad fiscum.

Iustiniano adhæc placuit in titulo de vsufruct. & in. l. corruptionem. publicatis vsufructuarii bonis non publicari ius vsusfructus, sed ad suam statim, non expectata ipsius morte naturali, reuerti proprietatem.

RATIONES.

Creditoris loco post rem iudicatam fiscus habetur: sed ex caussa lucratiua, & in bonis non defuncti, sed condemnati aliunde profectis: nec habet ille priuilegium creditoris onerosi. Testamentaria super hæc prohibitio delictum præcesit, specialem, & mutuam peperit liberis obligationem, & reciprocum inter illos fideicommissum. Nec obstare dixit illam pluriũ maleficiorum cõgeriem. Nam (causa pluteum occupante) prolatũ fuit ab hæredibus Sauleti diploma veniale litis decretoriũ nuper, & ante illius mortẽ à cella prõptuaria impulsoribus heluesiis impetratũ nominatim iubens, & exprimens omnium criminum amnestiam cum iure postliminii, & remeatus. Quo viso, & comitiis curiatis probato: facilè contra fiscum à senatu responsum est, Modestini autoritatem sequuto in titulo de iure fisci. l. nõ puto. (ait) delinquere eum qui in dubiis quæstionibus contra fiscum facilè responderit.

Responsum

RESPONSVM ALIVD LVtetiæ in Senatu datum.



OEnomani, ciuis, Miluius, ædes suas diui Vincentij cœnobio contiguas, calendis Martiis, Fraxineo mercatori, Et easdē, post aliquot dies, Delaunaio noīatim distraxit: Vacuam vtrique possessionem adire (quando per otium liceret) permisit. Vterque concursu alterum interturbat in adipiscenda possessione: Cuius gratia, ingens suborta est, in auditorio Præsidis prouinciæ cōtentio. Huic fatum daturus Taronus, Cœnomani præsidis legatus: visis & recognitis vtriusque emptoris iuribus, & coppiariis loculis, [a] potiorem esse Fraxinei titulum, & eundem in possessionem mittēdum, decreto suo renunciauit. Taron. a l. quoties de rei vend. C.

Deuoluta ad Senatum controuersia.

MIletus Delaunaij, prouocatoris, aduocatus, ingenij dexteritate, & sarcta tecta, potens eloquentia, id genus decreti conuellere, tētauit locupletissimis rationibus, quarum minimam portionem, tumultuariè & carptim excepit actuarius. Milet.

Gesta per falsum (ait) notariū, nullius esse momenti constat: Atqui conuenit inter nos, instrumētum à Fraxineo productū, à falso cō fectum, dictatum, receptū librario fuisse. i. ab Iuris non facti quęstio.

eo,qui contra Regias ſanctiones,& conſuetudines Regni,muneris publici functionem inuaſit, vſurpauit, obrepſit mala fide : vt qui nunq̃ legitimus fuerit tabellio, neque in codice,nomenclatura,catalogo,ſcribarũ inſertus,vt qui nunquã à principe codicillos meruerit, vt qui,à nullo magiſtratu ꝓbatus ſit: Edicta duo regia,Cœnomaniæ mores,Regni conſtitutiones,antiquas patriæ cõſuetudines in mediũ protulit: quibus falſi crimẽ, & ſupplicium infligi iubetur illis,qui citra publicas literas tabellionis officiũ exerceãt, & inſtrumenta nomine publico conficiant:

l.eos.§. fi.de falſis.

Quibus preterea interdictus ſit vſus,adiecta triplici pœna, nullitatis (quoad cõtrahentes ignaros edicti, & veritatis, falſitatis quo ad notariũ) qui ſe pro perſona publica falſo geſſit, impẽdiorum & acceſsionũ litis totius,in vſum fraudati,& offenſi mercatoris,nec excuſari ſuſpectã contrahentium ignorãtiam propter cõmune totius loci, vel ciuitatis iudicium: necnõ diuturnam quaſi poſſeſsionẽ eorum, qui vulgò, & communis opinio nõ facit aliquẽ notarium: Paſsim inter notarios habeantur haſce leges in cauſſæ ſuæ fomentũ. Citauit L. Herẽnius [a] modeſtin⁹ reſpõdit:Sola ſalarij perceptiõe minime decurionem factum, Qui ſecundum legem decurio creat⁹ nõ ſit. L.actuarios [b] clariſsimæ vrbis

a in titulo de decurionibus.ff.

b de numerariis actuariis. &c.l.12. Cod.

Conſtan-

Conſtantinopolitanę, Præcipimus (ait imperator Leo) ordinari ſecundum morem antiquum, Quod ſi quis, ſub tua iudicatione cõuictus fuerit, Profectò (irritis his, quæ vetita contrectauerit) etiam cõgruam indignationẽ incurrat. Irritãtur itaque cõtractus, & inſtrumenta per notarium confecta, qui nõ ſit ordinatus, creatus, ꝓbatus à principe, vel principis vicario. L. ſolennibus [a], vbi ſolẽnis deſcriptio, vel ſolutio non facit aliquem dominum. L. cõperit [b], vbi tributi præſtatio, vel exẽptio, vel ſolutionis ceſſatio, quãuis diuturna non tollit ius principis.

a de rei vend. C.

b de pręſcript. 30. annorũ.

Protulit in argumentũ, leges omnes duorum titulorum, de eo qui pro tutore, vel curatore, negotia geſsit: Quod falſo tutore, au tore geſtum eſſe dicetur.

Duo digeſtorum tituli.

Vires (ad hæc) non habet teſtamentũ factum à filiofamilias, qui communi cenſetur opinione ſui iuris eſſe, neque à ſeruo qui publicè & palam liber eſſe iudicatur.

Alexã. & Iaſon ĩ.l. 1. C. de teſta.

Portanus, Fraxinei patronus, ſonoræ vocis artificio, & eruditiõe multiplici nobilis, conuulſis, & ſtrenue depreſsis Mileti rationibus. Tria (primo loco) dixit eſſe ſpectanda, bonam ſui clientuli fidem pretij conuẽti numerationem, prioris tẽporis, tituli, & poſſeſsionis originẽ, dominia rerum: nõ inſtrumentis [c], ſed conſenſu partium transferri:

De la porte.

c quia inſtrumẽta non ſunt de ſubſtãtia cõtractus.

Protulit instrumenti mundum, perfectum, & integrum, Testato probauit, illum à quo celebratum fuerat id genus instrumenti (cõmuni toti⁹ Cœnomanæ ciuitatis opinione) notarium censeri, & eũdem per multos annos vsum tabellionis officio. Citauit ãplissimis verbis possessionis fauores, & priuilegia, de quib⁹ in.c. sæpe. & ĩ.§.nihil cõmune. Seuerus & Antoninus (ait) Macrino, rescripserunt, in.l.3.C. ad Macedo. filiũfamilias obligari ex mutuo, si cõi hominum iudicio, sui iuris habeat. Cõmunis igitur opinio facit cessare Macedonianũ senatusconsultũ. Vlpian⁹ (ait) in.l.si quis paterfamilias esse crediderit, non vana simplicitate, nec iuris ignorantia, sed quia plerisque paterfamilias videbatur, sic agebat, sic contrahebat, sic muneribus fungebatur, cessabit senatuscõsultũ: Huius solius legis autoritate tut⁹ esse debet Fraxineus, & supior ĩ caussa videri, vt cui cõmunis error faciat ius: vt qui de dãno vitãdo certet: Nimirũ si filiusfa. agat in iudicio, vel contrahat citra patris cõsensum, valet quod ab eo gestum fuerit, si talis filiusfamilias sui iuris habeatur, vti præsentatio facta, à putatiuo patrono tribuit ius, quanuis postea iuspatronatus euincatur iudicio, sufficit electo pbare, eligẽtes fuisse, in quasi possessione eligẽdi [a]: Adiudicaturilli fidutiaria sacerdotij possessio,

de restit. spoliat.

de acqui. possess.

Ad Macedo.

L.barbari⁹.de offic.pręto.

Bald.ĩ.l. fin.§.necessitatẽ. C. de bonis quæ liberis.

a in cap. querelam elect.

possessio, qui probarit collatorē suum fuisse in quasi possessione cōferendi [a]. Solutio facta: mortui creditoris procuratori, ad exigēdas pecunias destinato, valet: quanuis eo tēpore procurator nō esset: propter bonam fidem contrahentiū, & quasi possessionis officiū. Quæ duo sine cōtrouersia in Fraxineo reperiuntur. Minime igitur contractus sui (candidè & integrè confecti) fructu priuari debet.

a in cap. cū olim. de causa possessionis.

L. ei qui in prouincia. ff. si certū pet.

Decretum Senatus.

SEnatus à Minardo præside, rogatis sententiis, consultus, extemporali iudicio, perperam iudicatum à Cœnomani pręsidis legato declarauit.

MInardus (admirandæ probitatis, & singularis doctrinæ) præses compēdiario verborū complexu senatoriæ decisionis causas explicuit.

Minard.

Sanctiones Regię, vetant (ait) quempiam ambire magistratum posse, aut publicū inire officium, citra principis ordinationē codicillos: & assertorium * probæ vitæ, & legitimi sanguinis libellum.

* certification.

Communis Romani iuris dispositio, Frācicis cōstitutionibus, & Gallicis moribus cōsentanea, suadet idē, atque præcipit, adiectis pœnalibus clausulis pluribus.

Theodosius imperator, idem suo noïatim

Vide Andreã tiraquellũ de legib' cõ nubialib' fol.188.

ſanxiuit edicto, in titulo de diuerſis officiis, & apparitoribus iudicum.l.xij.Cod.

L.ad probatorias(ait) memoriales nõ ſortiũtur præmia, neque titulum officij, niſi ſecundum antiquam cõſuetudinem ſint eorũ creationes manu prĩcipis approbatæ: Nam debẽt habere literas principis auctẽticas, & non exempla literarum.

de regul. iur.

Vlpianus ab eodem præſide citatus fuit cõmodè, in.l.qui cum alio cõtrahit, vel eſt, vel eſſe debet, non ignarus cõditionis eius, cum quo contrahit, inueſtigationis negligentia culpæ imputatur.

In.l.cum quidã.de acquiren. hæredit.

Tria dixit Accurſius eſſe neceſſaria, vt geſta per notarium valeant: bonã contrahẽtis fidem, & commune populi iudicium, & veritatem: atqui in veritate, notarius nunquã fuit is, qui Fraxinei cõtractũ ſtipulatus recepit. Falſum itaque committẽs, falſi pœna caſtigandus venit, & acta ipſius, & per ipſum, titulo falſo confecta, pro infectis haberi & nullitatis vitio debẽt obnixa videri.

L.eos.§. fi. ff. de pœnis.

Rationes idoneæ.

Tabellionis officium, neque natura rerũ, neq; cõſenſus, aut patẽtia populi, neq; quaſi poſſeſsio & vſus, ſed ſolus princeps cõfert, datis in hanc rem codicillis. Plura felicius idẽ præſens retulit, quæ memoria mediusfidius exciderũt.

L. vnica. de Mãda. principũ.

L.herennius. de decurio.

FINIS.

Orationum Forensium, et Responsorum, Liber tertius.

IVLIANO TABOETIO, Autore.

Ad Patriciæ dignitatis, & singularis doctrinæ virum Oddonem Collignium, Castellioneæ gentis Cardinalem.

lz

EIVSDEM TABOETII,
ad eundem imprimis obſer-
uandum Cardinalem,
Exaſticon.

O vtinam, Andini, mihi ſit facunda poetæ
Muſa: & pelignæ carmina docta liræ,
Te canerẽ verſu (Præſul venerãde) ſuperbo,
Quem ſatis exacte, nemo probare queat,
Vno ĩ te, eſt ꝓbitas ſpectata, modeſtia prudẽs
Socratici mores, ingeniúmque ſagax.

Argumentum sequentis Orationis.


Ableius, torquatę cohortis eques grauiū reus criminum, Narbonę postulatur, in cū capitalis formula dictatur, homicidij, desertæ militiæ raptus, seditionis, & repetūdarū. Testibus in frontē reuocatis conuictus, eculeo, fidiculis, & quęstione dignus à Narbonēsi iudice (sublatis vacationibus) pronunciatur.

Carcassoneæ præfecturæ iuridicus Boerius, appellatiōis interiectæ beneficio, gradatim aditus: Emēdata priorē sentētia, Sableiū viso litis instrumento, mortis reum peragit.

Ad senatū Tholosanū, prouocatione delata, Centurionis dulcij vidua, cum liberis, & plerisq; delatoribus quærula, & supplex venit, causæq; dictioni triduo disceptatæ, præsens adfuit: Viduę ptes fouet, & tuetur fisc⁹.

Multis pressus testimoniis, & à triūuirali collegio destitutus Sableius, eiurato senatus suffragio, ad magistrū equitum, & quatuor Gallicanæ militiæ tribunos, fori & caussæ translationē fieri postulat. Aduersatur Vidua, fiscus, & verbis, & scriptis intercedit, ad dicendas tandem vtriusque appellationis simul, & petitæ translationis caussas Sableius intercalaris audientiæ cādidatus, aduersariis præsentibus in publicum veniēs admittitur.

Oratio Forenſis tertia, THOLOSAE, IN SEnatu recitata.

¶ Aduocatus Sableij Borderianus, totius litis curſum multis verbis refert.

¶ Aqueus, Mēſencallus, Sabaterius, triumuiri in ſenatu Tholoſano fiſcales, pro vidua ſtant, & perſequuntur Sableium, publico nomine.

PRO SABLEIO DEFENſoria, & iuridicialis actio.



E ſtatu liberi hominis, & capitis periculo dicturum apud vos, tria me plurimum, & anxiè commouent, ampliſsimi iudices Veſter frequēs, & optimo cuique venerabilis aſpectus, in quem prodire nōdum per ætatem, & vitæ meæ rationes hactenus licuit: Loci huius ad agendūm ampliſsimi, & ad dicendum ornatiſsimi religio: quem attingere, niſi & rerum forenſium vſu longo

go & elaborata instructus eloquentia nemo debet: Defensionis pro Sableio, plurium & adprime grauium maleficiorum reo, à duobus gradatim iudicibus, & duabus actionibus dãnato, susceptæ magnitudo, grauitas, & onus indubiè viribus nostris superius. Quæ tria dum memoria & frequenti cogitatione repetẽs amplector, parũ abest, quin in ipso nostræ statim defensionis aditu propter necessariæ dictionis, & solidæ eruditionis inopiam, aduersariis iugulum petẽtibus cedere, & indefensum clientẽ relinquere malim, quàm nouus, oscitãs & lãguidus, minimeq́ue iustus, capitalis causæ defensor videri: in qua grauiter & officiose tuenda, non sum nescius, quàm multæ non obscuræ simultates, atque offensiones mihi suscipiendæ sint aduersus eos, qui honesti semper hostes, innocẽtiæ semper oppressores, alienæ industriæ semper inimici fuerunt, & quibus studiosa omnis actio, & conatus audacia potius, quàm officium, temeritas, quàm obsequium censebitur.

*Cæterum, dum in vos iurisprudentiæ sacerdotes isonomiæ * geometricæ patres, dum in rem ipsam solidis instructam titulis, dum in publica Sableianæ familiæ merita, dum in causæ corã vobis dicendæ, genus non humile, non dubium, non turpe, sed honestum vigilantius intueor, mei iacturam nominis facere, meam ipsius infantiam prodere, multorúmque subire & conflare inuidiam prius & vltro velim, quàm legitimo defraudare patrocinio Sableium, aduocato sarctæ tectæ, & plausibilis eloquentiæ floribus, necnon Forensibus hisce formulis instructissimo dignissimum: cuius oraculo felici, & suæ vitæ prioris integritatem, & suorum calumnias, dolos, sycophantias captiones, fallacias, coitiones, insidias inimicorũ, tuto apud vos refelleret. Quas nullo vnquam tempore, nullóve loco, propter eorum (quibus centones farcire proprium est) potentiam, opes & fidem detegere liberum fuit hactenus, in quorum gratiam sceleratis & confictis criminationibus occupati, priorum iudicum animi, argen-*

* .i. æquabilis distributionis.

teis

teis hastis victi. Sableianas defensiones repudiarunt, & candida in nigrum vertentes, hunc ipsum (decretis ambitiosis) damnarūt mortis dignum supplicio, quem salutaribus codicillis absoluere, aut saltem emissa manu, fide sua, aut satisdato ampliare debuerant. Is tametsi, & vitæ, & suæ conditionis pertæsus, ne suo tamen ipse silentio, ac sua etiam sententia damnatus dici posset, ad legitimæ prouocationis auxilium (velut ad themidis sanctius oraculum) confugit: nullius sceleris conscientia territus, huc ad vos (maiorum gentium senatores) non deprecaturus sanè, vt crimen aliquod sibi condonetur, aut noxæ & legibus eximatur: sed ancipitem iudiciorum aleam, pūctumque, aut vitæ, aut necis vltimum, in re præsenti, & ex tēpore subiturus, accessit: apud quos, vti apud Areopagitas, & incorruptos amphictiones, nulli recipiuntur affectus, nullæ potentiorū orationes valent, nullla verborum lenocinia, nullæ forensium argumentationum ludificationes, artificia, caussificationes, strate-

Ampliare dictio forensis.

gemata prosunt: apud quos sola vincit innocentia, constãs iustitia colitur, coercetur improbitas: apud quos tandẽ in hac Tholensi decuria, falsæ delationis capita demoliri, suosq; mores ĩnoxios, sua in tẽpus studia, suę prioris vitæ rationes studiosius explicare, & paria facere, noster ipse non desperat hodie Sableius. Qui vobis (ita me deus amet) lõge maximas gratias agit: suæque conditioni & sorti (quanuis afflictæ) supra quàm dici queat, gratulatur: quòd hisce iustitij diebus vestro tandem singulari & paradoxo beneficio consequutus sit, vt suis, & precibus, & libellis senatus respõderit, patronúmque ad innocentiæ, & causæ (multiphariam oppressæ) dictionem, post multiplices repulsas admiserit: in hoc præsertim statario, & immobili conuentu, in quo & publicis, & priuatis quæstionibus silentia (vt aiunt) Colophonia ad æquilibrium imponantur, inuidiosa in quo veritas (multis prius calumniis debilitata, precio, & indignis fauoribus, imò licitationibus, atque sordidis nundinationibus

oppressa) liberè pronuncietur, impauidè defendatur, & in neutram partem decliuis, iura æquo & bono metiatur singulis: nullam alioqui & nusquam gentium habitura stationem, in qua ab iniuriis pariter, & dolis hominum sese tuta recipiat, & quasi postliminio redeat. Nam vt apertè, & numero dicam, quod res est, in infimis, & obnoxiis iudicum (quos pedaneos vocant) subselliis, gratia, vis pretium, ferè præualent: legum & æquitatis constans seueritas pessundata vilescit, dissoluuntur mores, instituta formule, iurisque dicundi, professio meritoria facta est, & in quæstu posita: in illis adhæc non est nouum, sed tam vsu frequens, quàm passim impune à vilissimis quibusque, & capite cēsis quadruplatorib⁹ (præter linguam & ventrem habentibus nihil) deferri: à quibus, neque litis, neque læsæ existimationis damna resarciri queant. Cuius rei causa est segnis conniuentia magistratuum, intolerabilis auaritia iudicum, incredibilis assessorū imperitia. Quos bar-

Obnoxia subsellia à quibus licet appellare.

Magistrat⁹ hodierni.

*moniæ doricæ cupidos, vt suspectos legū tutores, officio priuatum iri iampridem decebat: quorum imposturis, & sordibus factum est, vt vetus fori consuetudo, vt pristini iudiciorum mores, vt sacrosancta tribunalium autoritas: necnon æqui & boni prisca maiestas, & ipsa philalethia, atque eunomia in iudiciali campo desideretur, magnis & grauibus Reip. incommodis (quibus nisi censoria nota, & solenni curiæ censura) actutum eatur obuiam: nisi & primæ, & postremæ clasis iudices, qui auro loquente ad magistratus obrepūt, hactenus (velut analogistæ) dicēdæ causæ securi, & officij rationes edere, culpásque, & fraudes suorum actorum præstare (vt olim Romæ censorum industria fiebat) edicto regio, vestróque præiudicio cogantur, iudicialis profecto, & forensis sanctimonia cercopum * hædra, & spelunca latronū erit, ex qua (velut ex equo Troiano) malorum Illias, cauillorū occeanus, astutiarum ciuilium officina, alimenta litium, atque capturæ grādes prodeunt, vt vnde philepiicia,*

Præiudicium.

* Lucripetarum sedes.

lepiicia, id est æquitatus, & bonitatis professio, vnde ius æquum oriri debeat, nascantur iniuriæ: litésq; ex triobolι hodie fiāt seculares, quas biēnio [a] finiri nō [b] solus Iustinianus edixit. Quid in causa est, nisi quod nostri tēporis iudices, à Remo ad tribunal irruunt, coctores iuris, non doctores, displicina, non disciplina celebres. Qua in re seuerius, & diligentius animaduertenda, & fiscale munus, & vestræ partes requiruntur sacrosancti iudices, ad quos Galliarum delata est nomophylacia, In tit. id omnes nerui seueritas, & constantiæ iudicialis intendendi sunt, vestris enim temporibus ingenuam, & officiosam iuris sapientiam capturis, nundinationibus, rapinis, mancipari. Supremas iudiciorum classes (quas parlamenteas dicunt) vltra fastus, & supercilium tyrannico proximum, antelucanis sportulis, gratiosis coitionibus: versutiis, detrectationibus, captiunculis, digressionibus, diuerticulis, factionibus, decipulis, altercationibus putidis, obreptionibus

a In. l. properādum C. de iudi

b Titulo vt intra certum tēpus. Cod.

ſinuoſis, ludificationibus, & aureis bellariis (quæ Græcæ dicaſtica vocantur) adeò graues & odioſas fieri videmus, vt litiũ hodie victores argenteis haſtis Cadmeã, Pirrhique victoriam [a] *retuliſſe: & aurũ (vt aiunt) Tholoſanum inueniſſe, vt ĩ quibus paginas nunquã pares faciant acceptorũ, & expenſorum litigatores verſuris forenſibus obnoxii, non iniuria queritentur: In quibus præterea tanquã ad Sireneos ſcopulos conſeneſcere: veteratorias pragmaticorum impoſturas perpeti, mille indignitates, & moleſtias deuorare operæpretium ſit: in quibus res iudicatæ nunquã ſemel præiudicatę ſunt: lites ex litibus trãſcriptæ fœtura quadam anniuerſaria ſuboriuntur, & quæ iugulatæ, atq; cõfoſſæ putantur, reſtibili fertilitate multiplicatæ, & quaſi recidiuæ fomentis diplomaticis pullulant, & renaſcuntur. Inferiores verò iudicũ decurias, in quib⁹ ductim tractiq; lites exercẽtur, cauillis, dorodohia* [b] *ſpoliis, viſcerationibus* [c]*, & aucupiis ciuilibus (quaſi manubiis hoſtilibus) maculari, qs*

non

a Plus dãni, quàm lucri.

b Corruptio muneribus facta.

c Viſcerationes, ſe ſõt preſens de gibbier, ou de venaiſon.

non intelligit, vt hodie nō prætores, sed prædones, non optimi, sed opimi iudices, vbiuis gentiū dicantur: aduocati verò, forenses har piæ. In quibus omnia venalia, emptor si Iugurtha[a] *inueniatur: aurum omnes victi iam pietate colunt: auro pulsa fides, auro venalia iura, aurū lex sequitur, mox sine lege pu dor: cito violatur auro iustitia, vbi nullam reus pertimescit culpā, quam redimere nūmis existimat: pauper hodie, & audiri contemnitur, & contra veritatem opprimitur in istis pseudocatonum, oculatas manus habentium, subselliis. In quibus, vt minime vo bis obscurum puto, nō legibus, sed exemplis, non testimoniis, sed frigidis, & surdis conie cturis, non aperta veritate, sed leuibus indiciis, & gratia suspitionibus: non consilio plu rium, sed conductitia vnius & misocali, & philodici iudicis præiudicata opinione, gra uis, tristis, & capitalis censura (quasi scytale Laconica) profertur: adempto legitimæ appellationis beneficio, & actionibus exem ptis: vnde in dubium reuocari nō debet, in-*

a Iugurtha Romā venalē dicebat.

Pseudocatones.

nocentes mactari quàm plurimos, propter iudicum (qui legibus ad quæstũ abutuntur) & imperitiam, & sordes: cuius rei testis oculatus, suo magno malo, Sableius periculum fecit. Is enim, vt totius iniustitiæ series in publicum veniat, prius vinculis alligatus fuit, quàm accusatus: imò prius damnatus, quàm reus: prius de suis deiectus bonis, prius dignitate, & militari singulo (in gratiam inimicorum) spoliatus, quàm auditus, quàm, aut priuata, aut publica delatio, quã solennis inscriptio, quàm æqua testimoniorum fides, & energia apparuerit, vt ex his quæ suo loco dicentur, apertius intelligetis.
* .i.præparatorio Indicta idẽ causa (iudico * prolusorio) cõtra omneis forensis instituti formulas, quasi in Deum, aut principem blasphemus, impiæ fraudis, & vtriusque maiestatis reus, siue tragicus aliquis Theocrines, aut Hyperbolus in latumias primùm, deinde in compedes, & eculeum sublata prouocatione cõiectus est: illíque (quod indignius ferendum) in ipso tetri carceris aditu, inhibita est

mutui

mutui cum amicis colloquij gratia, & miseræ ſortis per internuncios, aut per epiſtolam domeſticis ſignificandæ denegata eſt facultas: reliqua memoratu indigna prætereo, & ſciens, & prudens: ne ad excitandas piis auditorib⁹ lachrymas, potius quàm ad tuendam mei clientis innocentiam meditata oratione inſtructus dicar veniſſe. Poſt duos (ne fruſtra Sableium ad vos ꝓuocaſſe credatis) in ſquallore, in ſitu, in pædore ĩcredibili Narbonæ conſumptos menſes, à commẽtarienſi (quem Cerbero cõferunt omnes) ſupplex exorat, iudicis ſibi fieri copiã: multis vltrò citroque nequicꝗ habitis verbis præſentẽ obnixè rogat cauſas huiuſce inſperati, & tam diuturni carceris, vir ille Bœoticus [a] Catoniana, ſcilicet grauitate venerãdus, dicaſpolos [b] ſapientum octauus, argentanginæ [c] vitio præpeditus obmuteſcit, ab eo ſubinde legitimum petit ſibi delatorem indicari, qui publicè litis periculum, & iudicij euentum preſtet, à quo capitalis actio aduerſus ſeſe dictetur, à quo dãna, & nominis, & faculta-

In iudices auſteros.

a Stupid⁹

b Iuris diſtributor.

c Demoſthenes argentanginam paſſus eſt.

tũ remetiri, à quo carceris iniuriam reposcere sibi liceat: nutu & digituli crepitu, sine voce ius æquum comtemptim & summis labiis pollicetur magnus ille, idémque probus areopagita, Sisannis [a] supplicio dignissimus, responsis de dignatus Sableium sacri palatii comitem, quasi mediastinum [b] aut mesaunautam quempiam prædurè despicatur, & auersa sellia destituit: O singularem iudicis impudentiam: O tyrannicam barbariem fustuario, & cruce decies repetita dignam: O tetricam nebulonis intemperiem phalaridis imperio crudeliorẽ, quæ Sableium de statu constantiæ nõ dimouit: nam inuicti vir ille animi caussæ superioris conscius, vt æquum bonum impetraret, & ne quid deterius ab irato iudice sibi contigeret, ad pedes illius obtato libello [c] minimè ieiuno sese prosternit: hunc supplex (manibus [d] oculatis) comprecatur, & assiduus obsecrat, aut aduersus, sine mora, aut secundum se litem dari, & controuersiam diiudicari: eandem nimis diffundi tempúsque nimium dirimi: apertè queritatur, testes (si qui adsint) proferri

[a] Sisannes iudex Cãbysis excoriatus.

[b] In titu. nautæ caupones stabu. ff.

[c] Libell⁹ ieiunus dicitur cui gratis satisfit.

[d] Manus oculatæ.

Diiudicari. Dirimi tempus, & diffũdi in titulo, si quis edutionibus.

ferri, & audiri, auditos reuocari, reuocatos in frontem committi: ab aduersariis vadimonium sisti, prædibus, & prædiis, ex legis imperio, atque assidue caueri, & interim libero per vrbem commeatu retineri postulat: iustis & perpetuis fatigatus querelis iudex forensibus præstigiis, & decipulis clarus, sesquipedales spiritus deponẽs, ad audiendum Sableium venit multis stipatus rabulis in negantem testes coram sistendos, & altrinsecus componendos, necnõ ampliorem quæstionem decernit: testes in vultum triobolares, & capite censi (diuersim) prodeunt, rogati seorsum, & iurati diffitentur denunciasse, aut dixisse testimonia in Sableium; quem nec de nomine, nec de facie, imò nec vmbra cognitum asserũt, albus an alter sit, ignoran t: repetito iureiurãdo, & sacris admotis, præeũte iudice in eodem vestigio, sua & nomina, & autographa affirmant esse suppositititia: aderat testimoniorum scriba, idémque dictator tressis homũcio, is in medium productus, & excepisse, & vera esse,

Assidua cautio dicitur burgessiaca.

Præire iudex dicitur.

l

quæ legerētur, testium elogia, plusquam religiose deierat. ad fidem rei faciendam euestigio (incredibile dictu) prodiit testis Atticus (vt aiunt) imò sale emptus, imò fortuitus, integri tabellionis subscriptor, & abstipulatorius à nemine rogatus, vltrò in hæc statim verba prorumpit: Aequissime iudex, Sableius me præsente Dulcium sua manu peremit, & prudens, & volens. Ergo præsens eras, aut defensoris, aut aggressoris assecla. malè (ait) apud omnes idem Sableius audit. Ipso me præsente testes hi & iurati, & auditi fuerunt. Quid actum postea sit referre pudet: referri tamē precium est operæ, vt præsens iudicantis, vel imperitia, vel iniquitas, vel vtrūque simul patefiat: testes, ille probus quęsitor in neutram partem propensior Rhadamanto, Fabritio, & Zaleuco incorruptior, vtrosque & priores, & posteriores (quos vt adprime suspectos, & aduersa denunciantes, primùm carceribus separatim mancipatos, deinde ad extorquendam ve-

dam veri confeßionem, reos quæstionis factos oportuit) fide sua dimissos ampliauit: scribam verò, vt litera dignum salutari absoluit solus, quia pōtificiæ iurisdictionis tessera, & initiati verticis elogio subnixus erat: Conuictum præcipiti decreto, & enaratis sententiis pronunciat Sableium, qui tali pressus testimonio, ac iudicio, & voce, & scriptis reclamat: & sui tandem facit controuersiam, non auditur: refellit, atque eleuat, & personas, & dicta testium, eorúmque refrigerat, & insectatur testimonia, veluti reiectanea. Crimen præterea nullum consultò, sed expediendæ causa salutis, admissum fatetur: nulla verborum habetur ratio: summam quæritur iniuriam inferri sibi: tabellionis falsi, & mercede corrupti dolos notat: aduersas Græca fide niti probationes, cæcas, atque tumultuarias esse contendit: legitimas suspitionis causas in iudicem allegat, easdémque articulatim molitur, & præcidere, & sine mora probare, nullo supplicatis dato responso

Litera salutaris.

gemata prosunt: apud quos sola vincit innocentia, constās iustitia colitur, coercetur improbitas: apud quos tandē in hac Tholensi decuria, falsæ delationis capita demoliri, suosq; mores īnoxios, sua in tēpus studia, suę prioris vitę rationes studiosius explicare, & paria facere, noster ipsę non desperat hodie Sableius. Qui vobis (ita me deus amet) lōge maximas gratias agit: suæque conditioni & sorti (quanuis afflictæ) supra quàm dici queat, gratulatur: quòd hisce iustitij diebus vestro tandem singulari & paradoxo beneficio consequutus sit, vt suis, & precibus, & libellis senatus respōderit, patronúmque ad innocentiæ, & causæ (multiphariam oppressæ) dictionem, post multiplices repulsas admiserit: in hoc præsertim statario, & immobili conuentu, in quo & publicis, & priuatis quæstionibus silentia (vt aiunt) Colophonia ad æquilibrium imponantur, inuidiosa in quo veritas (multis prius calumniis debilitata, precio, & indignis fauoribus, imò licitationibus, atque sordidis nundinationibus

bus

oppressa) liberè pronuncietur, impauidè defendatur, & in neutram partem decliuis, iura æquo & bono metiatur singulis: nullam alioqui & nusquam gentium habitura stationem, in qua ab iniuriis pariter, & dolis hominum sese tuta recipiat, & quasi postliminio redeat. Nam vt apertè, & numero dicam, quod res est, in infimis, & obnoxiis iudicum (quos pedaneos vocant) subsellijs, gratia, vis pretium, ferè præualent: legum & æquitatis constans seueritas pessundata vilescit, dissoluuntur mores, instituta formule, iurisque dicundi, professio meritoria facta est, & in quæstu posita: in illis adhæc non est nouum, sed tam vsu frequens, quàm passim impune à vilissimis quibusque, & capite cēsis quadruplatorib⁹ (præter linguam & ventrem habentibus nihil) deferri: à quibus, neque litis, neque læsæ existimationis damna resarciri queant. Cuius rei causa est segnis conniuentia magistratuum, intolerabilis auaritia iudicum, incredibilis assessorū imperitia. Quos har-

Obnoxia subsellia à quibus licet appellare.

Magistrat⁹ hodierni.

*moniæ doricæ cupidos, vt suspectos legũ tutores, officio priuatum iri iampridem decebat: quorum imposturis, & sordibus factum est, vt vetus fori consuetudo, vt pristini iudiciorum mores, vt sacrosancta tribunalium autoritas: necnon æqui & boni prisca maiestas, & ipsa philalethia, atque eunomia in iudiciali campo desideretur, magnis & grauibus Reip. incommodis (quibus nisi censoria nota, & solenni curiæ censura) actutum eatur obuiam: nisi & primæ, & postremæ classis iudices, qui auro loquente ad magistratus obrepũt, hactenus (velut analogistæ) dicẽdæ causæ securi, & officij rationes edere, culpásque, & fraudes suorum actorum præstare (vt olim Romæ censorum industria fiebat) edicto regio, vestróque præiudicio cogantur, iudicialis profecto, & forensis sanctimonia cercopum * hædra, & spelunca latronũ erit, ex qua (velut ex equo Troiano) malorum Illias, cauillorũ occeanus, astutiarum ciuilium officina, alimenta litium, atque capturæ grãdes prodeunt, vt vnde philepiicia,*

Præiudicium.

* Lucripetarum sedes.

lepiicia, id est æquitatis, & bonitatis professio, vnde ius æquum oriri debeat, nascantur iniuriæ: litésq; ex triobolι hodie fiãt seculares, quas biẽnio[a] finiri nõ[b] solus Iustinianus edixit. Quid in causa est, nisi quod nostri tẽporis iudices, à Remo ad tribunal irruunt, coctores iuris, non doctores, displicina, non disciplina celebres: Qua in re seuerius, & diligentius animaduertenda, & fiscale munus, & vestræ partes requiruntur sacrosancti iudices, ad quos Galliarum delata est nomophylacia, In tit. id omnes nerui seueritas, & constantiæ iudicialis intendendi sunt, vestris enim temporibus ingenuam, & officiosam iuris sapientiam capturis, nundinationibus, rapinis, mancipari. Supremas iudiciorum classes (quas parlamenteas dicunt) vltra fastus, & supercilium tyrannico proximum, antelucanis sportulis, gratiosis coitionibus: versutiis, detrectationibus, captiunculis, digressionibus, diuerticulis, factionibus, decipulis, altercationibus putidis, obreptionibus

a In. l. properãdum C. de iudi

b Titulo vt intra certum tẽpus. Cod.

ſinuoſis, ludificationibus, & aureis bellariis (quæ Græcæ dicaſtica vocantur) adeò graues & odioſas fieri videmus, vt litiũ hodie victores argenteis haſtis Cadmeã, Pirrhique victoriam[a] retuliſſe: & aurũ (vt aiunt) Tholoſanum inueniſſe, vt ĩ quibus paginas nunquã pares faciant acceptorũ, & expenſorum litigatores verſuris forenſibus obnoxij, non iniuria queritentur: In quibus præterea tanquã ad Sireneos ſcopulos conſeneſcere: veteratorias pragmaticorum impoſturas perpeti, mille indignitates, & moleſtias deuorare operæpretium ſit: in quibus res iudicatæ nunquã ſemel præiudicatę ſunt: lites ex litibus trãſcriptæ fætura quadam anniuerſaria ſuboriuntur, & quæ iugulatæ, atq; cõfoſſæ putantur, reſtibili fertilitate multiplicatæ, & quaſi recidiuæ fomentis diplomaticis pullulant, & renaſcuntur. Inferiores verò iudicũ decurias, in quib⁹ ductim tractiq; lites exercẽtur, cauillis, dorodohia[b] ſpoliis, viſcerationibus[c], & aucupiis ciuilibus (quaſi manubiis hoſtilibus) maculari, q̃s non

a Plus dãni, quàm lucri.

b Corruptio muneribus facta.

c Viſcerationes, ſe ſõt preſens de gibbier, ou de venaiſon.

non intelligit, vt hodie nõ prætores, sed prædones, non optimi, sed opimi iudices, vbiuis gentiũ dicantur: aduocati verò, forenses harpiæ. In quibus omnia venalia, emptor si Iugurtha[a] *inueniatur: aurum omnes victi iam pietate colunt: auro pulsa fides, auro venalia iura, aurũ lex sequitur, mox sine lege pudor: cito violatur auro iustitia, vbi nullam reus pertimescit culpã, quam redimere nũmis existimat: pauper hodie, & audiri contemnitur, & contra veritatem opprimitur in istis pseudocatonum, oculatas manus habentium, subselliis. In quibus, vt minime vobis obscurum puto, nõ legibus, sed exemplis, non testimoniis, sed frigidis, & surdis coniecturis, non aperta veritate, sed leuibus indiciis, & gratia suspitionibus: non consilio plurium, sed conductitia vnius & misocali, & philodici iudicis præiudicata opinione, grauis, tristis, & capitalis censura (quasi scytale Laconica) profertur: adempto legitimæ appellationis beneficio, & actionibus exemptis: vnde in dubium reuocari nõ debet, in-*

a Iugurtha Romã venalẽ dicebat.

Pseudocatones.

*nocentes mactari quàm plurimos, propter iudicum (qui legibus ad quæstū abutuntur) & imperitiam, & sordes: cuius rei testis oculatus, suo magno malo, Sableius periculum fecit. Is enim, vt totius iniustitiæ series in publicum veniat, prius vinculis alligatus fuit, quàm accusatus: imò prius damnatus, quàm reus: prius de suis deiectus bonis, prius dignitate, & militari singulo (in gratiam inimicorum) spoliatus, quàm auditus, quàm, aut priuata, aut publica delatio, quā solennis inscriptio, quàm æqua testimoniorum fides, & energia apparuerit, vt ex his quæ suo loco dicentur, apertius intelligetis. Indicta idē causa (iudico * prolusorio) cōtra omneis forensis instituti formulas, quasi in Deum, aut principem blasphemus, impiæ fraudis, & vtriusque maiestatis reus, siue tragicus aliquis Theocrines, aut Hyperbolus in latumias primùm, deinde in compedes, & eculeum sublata prouocatione cōiectus est: illique (quod indignius ferendum) in ipso tetri carceris aditu, inhibita est*

* .i. præparatorio

mutui

mutui cum amicis colloquij gratia, & miseræ ſortis per internuncios, aut per epiſtolam domeſticis ſignificandæ denegata eſt facultas: reliqua memoratu indigna prætereo, & ſciens, & prudens: ne ad excitandas piis auditorib⁹ lachrymas, potius quàm ad tuendam mei clientis innocentiam meditata oratione inſtructus dicar veniſſe. Poſt duos (ne fruſtra Sableium ad vos prouocaſſe credatis) in ſquallore, in ſitu, in pædore icredibili Narbonæ *conſumptos menſes, à commētarienſi (quem* Cerbero *cōferunt omnes) ſupplex exorat, iudicis ſibi fieri copiā: multis vltrò citroque nequicq̄ habitis verbis præſentē obnixè rogat cauſas huiuſce inſperati, & tam diuturni carceris, vir ille Bœoticus*[a] *Catoniana, ſcilicet grauitate venerādus, dicaſpolos*[b] *ſapientum octauus, argentanginæ*[c] *vitio præpeditus obmuteſcit, ab eo ſubinde legitimum petit ſibi delatorem indicari, qui publicè litis periculum, & iudicij euentum præſtet, à quo capitalis actio aduerſus ſeſe dictetur, à quo dāna, & nominis, & faculta-*

In iudices auſteros.

a Stupid⁹

b Iuris diſtributor.

c Demoſthenes argentangi nam paſſus eſt.

tũ remetiri, à quo carceris iniuriam repoſcere ſibi liceat: nutu & digituli crepitu, ſine voce ius æquum comtemptim & ſummis labiis pollicetur magnus ille, idémque probus areopagita, Siſannis [a] *ſupplicio dignißimus, reſponſis de dignatus Sableium ſacri palatii comitem, quaſi mediaſtinum* [b] *aut meſaunautam quempiam prædurè deſpicatur, & auerſa ſellia deſtituit: O ſingularem iudicis impudentiam: O tyrannicam barbariem fuſtuario, & cruce decies repetita dignam: O tetricam nebulonis intemperiem phalaridis imperio crudeliorẽ, quæ Sableium de ſtatu conſtantiæ nõ dimouit: nam inuicti vir ille animi cauſſæ ſuperioris conſcius, vt æquum bonum impetraret, & ne quid deterius ab irato iudice ſibi contigeret, ad pedes illius obtato libello* [c] *minimè ieiuno ſeſe proſternit: hunc ſupplex (manibus* [d] *oculatis) comprecatur, & aſsiduus obſecrat, aut aduerſus, ſine mora, aut ſecundum ſe litem dari, & controuerſiam diiudicari: eandem nimis diffundi tempúſque nimium dirimi: apertè queritatur, teſtes (ſi qui adſint) pro ferri*

a Siſannes iudex Cãbyſis excoriatus.

b In titu. nautę caupones ſtabu. ff.

c Libell' ieiunus dicitur cui gratis ſatisfit.

d Manus oculatæ.

Diiudicari. Dirimi tempus, & diffũdi in titulo, ſi quis edutionibus.

ferri, & audiri, auditos reuocari, reuocatos in frontem committi: ab aduersariis vadimonium sisti, prædibus, & prædiis, ex legis imperio, atque assidue caueri, & interim libero per vrbem commeatu retineri postulat: iustis & perpetuis fatigatus querelis iudex forensibus præstigiis, & decipulis clarus, sesquipedales spiritus deponẽs, ad audiendum Sableium venit multis stipatus rabulis in negantem testes coram sistendos, & altrinsecus componendos, necnõ ampliorem quæstionem decernit: testes in vultum triobolares, & capite censi (diuersim) prodeunt, rogati seorsum, & iurati diffitentur denunciasse, aut dixisse testimonia in Sableium; quem nec̃ de nomine, nec de facie, imò nec vmbra cognitum asserũt, albus an alter sit, ignorant: repetito iureiurãdo, & sacris admotis, præeũte iudice in eodem vestigio, sua & nomina, & autographa affirmant esse supposititia: aderat testimoniorum scriba, idémque dictator tressis homũcio, is in medium productus, & excepisse, & vera esse,

Assidua cautio dicitur burgesiaca.

Præire iudex dicitur.

l

quæ legerētur, testium elogia, plusquam religiose deierat. ad fidem rei faciendam euestigio (incredibile dictu) prodiit testis Atticus (vt aiunt) imò sale emptus, imò fortuitus, integri tabellionis subscriptor, & abstipulatoris à nemine rogatus, vltrò in hæc statim verba prorumpit: Aequissime iudex, Sableius me præsente Dulcium sua manu peremit, & prudens, & volens. Ergo præsens eras, aut defensoris, aut aggressoris assecla. malè (ait) apud omnes idem Sableius audit. Ipso me præsente testes hi & iurati, & auditi fuerunt. Quid actum postea sit referre pudet: referri tamē precium est operæ, vt præsens iudicantis, vel imperitia, vel iniquitas, vel vtrūque simul patefiat: testes, ille probus quęsitor in neutram partem propensior Rhadamanto, Fabritio, & Zaleuco incorruptior, vtrosque & priores, & posteriores (quos vt adprime suspectos, & aduersa denunciantes, primùm carceribus separatim mancipatos, deinde ad extorquendam ve-

dam veri confeßionem, reos quæstionis factos oportuit) fide sua dimissos ampliauit: scribam verò, vt litera dignum salutari absoluit solus, quia pōtificiæ iurisdictionis tessera, & initiati verticis elogio subnixus erat: Conuictum præcipiti decreto, & enaratis sententiis pronunciat Sableium, qui tali pressus testimonio, ac iudicio, & voce, & scriptis reclamat: & sui tandem facit controuersiam, non auditur: refellit, atque eleuat, & personas, & dicta testium, eorúmque refrigerat, & insectatur testimonia, veluti reiectanea. Crimen præterea nullum consultò, sed expediendæ causa salutis, admissum fatetur: nulla verborum habetur ratio: summam quæritur iniuriam inferri sibi: tabellionis falsi, & mercede corrupti dolos notat: aduersas Græca fide niti probationes, cæcas, atque tumultuarias esse contendit: legitimas suspitionis causas in iudicem allegat, easdémque articulatim molitur, & præcidere, & sine mora probare, nullo supplicatis dato responso

Litera salutaris.

pœnale imperatur silentium: impetrata tamen dicendi venia, duo petere perseuerat: & iuris arbitros sibi dari ad diiudicandas fori præscriptiones, & interĩ amplius ꝓnũtiari, donec apertius de causa cõtrouersia liqueat. Itur in cõsiliũ interius mercenarij, & spoliis ciuilibus assueti, inter se capita conferunt pragmatici. Mox triste, & subitarium ex breuiculo[a] *recitatur decretum, dignus quæstionis, & fidicularũ supplicio Sableius sine disquisitione*[b] *pronuntiatur: suis, & intentionibus, & depulsionibus plane vniuersis offensus, atque deiectus: apostolis confestim, & tertio repetitis, & tertio denegatis, ad præsidem prouinciæ Carcassonæ huic senatui obnoxiũ*[c] *recurritur, à quo consumptis postea mensibus septem: emẽdato (si diis placet) iudicio priore, & calculis sæpius reductis vltimi reus supplicij peragitur Sableius: ad vos intra decem legitimos dies interponitur appellatio: sed illa grauius interiecta, & durioribus in illius odium detinetur custodiis. A cæteris malis, & molestiis illa-*

tis

a Titulus est, de sententia ex breuiculo re.

b Disquisitio dicitur iudicium per opiniões.

c Obnoxij iudices dicuntur, qui recognoscũt superiorem.

tis abstineo iudices : ne vestras pias aures obtundam. Totius concertati negotij caput, & summam quæstionem integra fide relatam habetis, cuius commemoratio (impẽdio forsitan verbosior) duorum iudicum inscitiam, sordes, duritiem, plusquam tyrannicam, patefecit, forensisque instituti religionem sacrosanctam, & priscam reddendi iuris maiestatem, in nostris magistratibus (apud quos fallax, & impostrix facta est iurisprudentia) planè desiderari aperuit. Sed hisce ad rem nihil facientibus consulto prætermissis, ne de summæ causæ curriculo digredi, & diuerticula consectari videamu, rad reliqua faciendus est gradus, ad detegendas inimicorum calumnias, dolos malos, coniurationes, defertur oratio : quæ paucis contortas in Sableium criminationes, accusandi causas, & consilia subiiciet : exinde promptis, & victricibus argumentis, obiecta crimina diluet, propulsabit, & conuincet. Quinque Sableio prouocationis reo (vt ad singula idẽ respõdeat) Digressio.

bus, factúsque est sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus: vt Lichaō, Circe, Acteon, & alij Ouidiani cōplures metamorphosim passi, qui moribus humanis destituti beluas induerunt: is certe pius si fuisset homo, nunquam tam crudeliter salutem hominis petiuisset: qui suum sic inimicum vlcisci voluit, vt ipse sibi reperiretur inimicus. Militiæ desertę flagitium, aut furca, aut capite, aut bestiarū laceratu, Modestini [a] & Arriani responso castigatur. Autores seditionis (inquit Paulus [b]) pro qualitate dignitatis, aut in furcam tolluntur, aut bestiis subiiciuntur, aut in insulam deportantur. Pro raptu mulieris honestæ: non raptori tantùm, sed & eius sociis vltimum supplicium Iustinianus indixit [c], bonis in raptam, si sit ingenua, translatis. Contumaciæ delictū, vt exēpli pessimi in milite aduersus ducē, capite luendū consultus Arrianus [d] respondit. Multis itaque criminibus, & eisdē morte dignissimis obrutus, imò (si diis placet) conuictus, imò profligatus Sableius, vestram fidem,

Traductio.

a in.l.3.& 4.de re militari.ff

b In.l.si quis. de pœnis. ff.

c in.l.vnica de raptu vir. in l.raptores de epis.C.

d in.l.omne delictū. de re militari.

*clementiam, vestrarúmque aurium patientiam implorat, & à vobis hoc vnum anxiè contendit iudices, & suo quasi iure deposcit, vt neque folium Sibyllæ, neque tripodem Delphicum esse, quæ cõtra inauditum proferuntur testimonia, credatis: non omni spiritui, imò non omni principi, nec amico * in quæstione status est credendum (nouem enim modis probantur crimina) ea demum iudicaturi vera, quibus inuictæ rerum probationes accesserint: Quemadmodũ medicus, fallaci lotio non contentus, ægrotantis domum adire solet, vt totius corporis habitudinem oculato, præsentique visu, & multiplici pulsu contemplatus, morbi causas, symptomata, locos affectos, sanitatis tuendæ, aut recuperandæ modos, exactè colligat, prius quàm antidotum iubeat vllum ministrari. Ita & iudices, quos populi pastores, Homerus, Vulpianus verò iuris antistites, & iustitiæ sacerdotes: Aristoteles autẽ Mesodicos, quasi mediiurios appellat, prius inquirere delicta, mox delinquẽtes audire,*

Folium Sibyllæ.

* Quia omnis homo mẽdax

Similitudo.

Omnis iudex debet esse medicus in puniendo.

Iudices, & pastores & sacerdotes

*dire, singula vel accusationis vel defensionis capita æqua lance metiri, pensiculatim agnoscere, cognita diligenter examinare, examinata cautim discutere, discussa in melius emendare, emendata lento gradu proferre, prolata non odio, nullo vindictæ appetitu, nullius gratia ducti, sed planè coacti exequi debent: in neutram partẽ decliues. Nullam aduersariis (tametsi verum dicentibus) adhibendam esse fidem: & põtificiis & Cæsareis legibus sancitum est. Nam decipiuntur specie recti mortalium plerique: fallit enim vitium * specie virtutis, & vmbra, vt inquit ille. Vitia adhæc sese mentiuntur esse virtutes: tenacitas siquidẽ, parsimoniæ: profusio, liberalitatis: crudelitas in plectẽdis reis, iustitiæ: malorum dimissio, pietatis imaginem apud vulgus refert. Sic & falsum, veri similitudinem: audacia, fortitudinis: adulatio, modestiæ: loquacitas, eloquentiæ faciem exprimit. Superbus enim constantem: prodigus, apertum: auarus, diligẽtem: temerarius, fortem: inhumanus, parcũ: ignauus,*

Gradatio

* Horati* Vitia virtutibus cognata.

quietum: timidus, cautum se esse persuadet. & Seneca, Nemo se auarum esse intelligit, nemo ambitiosum, nemo timidum: ipsa nos philautia decipit: raro & difficulter ad sanitatem venimus, quia nos ægrotare nescimus: vti preterea in obsoniis, in cibis, in esculentis & poculentis, diuersa diuersis, aut placent, aut displicent pro palati varietate: ita apud multos plus valet falsi, quàm veri cognitio. Nugæ, mendacia, fuci, tametsi parũ durant, pluribusque, & technis, & phaleris
Falsitas. *indigent: primo tamẽ aditu ingentem, & noxam, & fraudem mortalibus afferunt: defensoresq; numero, fastu, & viribus potentiores inueniunt.*
Veritas. *Atqui veritas immortalis, &*
Diffinitio *seipsa contenta, nihil aduentitiũ, nihil peregrinũ, nihil externum, nihil aliũde profectũ aucupatur: semper eadem, siue negetur, siue affirmetur, siue cõmendetur illa, siue ad angustias verborum reuocetur, bonorum illa*
Veritas est bonus genius. *geniorum instar habet. Nam illorum primus ad homines accessus timoris nonnihil, atque horroris affert: discessus verò læti-*

tiæ

*tiæ, & intimæ consolationis plurimum relinquit: mali cõtrà genij ab initio imaginariæ voluptatis, deinde formidinis, & mæstitiæ, non parum sua, vel apparitione, vel abitione ingenerant. Sic & veritas initio dura, difficilis, odiosa: iucundus autem, gloriosus, & vtilis exitus. Atqui falsitas primo certe ingressu scorpioni similis, grata, & plausibilis: deinde molesta, pænalis, religiosa. Cuius rei testis idoneus aderit Iosippus: Hebræus, Iacob ex Rachaele filius, qui ante Romam conditam mille & quadraginta octo annis natus, sagacissimus somniorũ interpres, propter eximias, & animi, & corporis dotes fratribus primũ suspectus, & inuisus: postea ab illis venundatus fuit: postremò Butipharis (ab vxore, cõsuetudinis passu repulsam, falsis indiciis persuasi) iussu ĩ carceres proiectus, miseram & afflictã in vinculis animam per multos annos egit. Hunc & sui, & suæ dominæ victorem, Aegyptiis à septẽni fame liberatis, Deus cõstituit principem, regi Pharaoni proximum. Helenæ**

Falsitas Scorpioni similis.

Exemplũ ex sacris literis.

*Ab historiis prophanis.

raptus Troianis ab initio, & obiter placuit vt legitim⁹: postea displicuit, vt illis funestus,
Gregori⁹. *& lugubris.* Momentaneum est, *quod delectat, ait ille: æternum quod cruciat.* Christus.
Christus pauper, obscurus, & suis ignotus, prodiit in mundum, vtriusque mundi autor: vixit pauper, & inter homines Deus *& homo versatus, nihil extrinsecus diuinæ, aut humanæ maiestatis assumpsit: decessit nudus: destitutus & ignominosæ mortis reus sine re.* Illius *vita,*
Silen⁹ Alcibiadis. *quasi* Silenus Alcibiadis, *ridicula, contemptilis, & abiecta visa est Iudæis sub falsi dominantis imagine: Qua tandem depulsa, cœli & terræ, vitæ & necis, & solidæ, atque immortalis gloriæ dominus creditus est: æqualis patri, & coæternus.* Cuius imitatores *post mortem viuere incipiunt, tribus aperto* Marte *deuictis, oppressis, triumphatis hostibus.* At *longe diuersa sorte viuunt humanæ laudis, &*
Reges bellicosi. *gloriæ mortalis (quæ ferro paratur) cupidi* Re*ges &* Duces, *vt* Ninus *Assyrius, Xerces* Persarum, Alexãder Macedonum, Mithri*dates* Ponti, *& Asiæ,* Tigranes *Armeniæ,*

Tam-

Tamburlanus Scytharum, Brẽnus & Belgius Senonum, Amurathes, & Solimanus Turcarũ, Hannibal, Epaminundas, Pirrhus Epirota, Themistocles, Pompeius magnus, Pompeii, & Pharnacis Victor Cæsar, Marcus Antonius triumuir, Attilius Regulus, C. Marius septies consul, & eius supplẽtator, L. Cornelius Scylla, trium scelerum luxuriæ, crudelitatis, auaritiæ magister: ex Troianis, Priamus, Aeneas, Hector, Paris, Troilus, & omnes illi orientis, Alexandro duce, victores: magni, felices, & inuicti ab initio crediti sunt: quorum exitus miserrimus, & gloria falsis titulis parta, in fucos euanuit. Multos in historiis, & sacris, & prophanis inuenire liceat, quibus in ipsis vitæ foribus arrisit fortuna: quos persona ta, inconstans, volubilis eadem, breui, & motu raptus præcipites egerit: vt si à nostris ducatur initium Balluam Cardinalẽ, Moruillerium Franciæ nomopsilacem, Iacobum Villerium prætorem, Oliuerium Damam: Doiacum, Ludouici regis delicias, Carolum

Sabaudiæ Ducem sinistris auibus Græcam imperatoris fidem sequutum: Thomam Morum Angliæ, Guillelmum poictium, Franciæ Cancellarium. Quos in nictu oculi, de summo dignitatis gradu in ordinem cogi, capite diminui, magistratu, & insignibus abdicari, vidimus: in crucẽ publicitus, & interdia subla tos Vlmeum, & Gentiliũ, præsides, quis ignorat? Audiuimus adhæc Clytũ ab Alexãdro lãcea trãsfixũ, Socratẽ cicuta epota cõsumptũ, Phocionem & Aristidem iustos, ostracismo ab ingratis sublatos, Antisthenem & zenonem philosophos, Themistaclem exulẽ, Cymonem

Q. Curti. *captiuum: Vtrunque Scipionem Africanum, Rutilium, Lentulum, & Camilum Romanos: Chrysostomum, diuam Susannam, Thomam Cãtuariensem Archiepiscopum, & omnes ecclesiæ Christianæ martyres fuisse falso delatos, falso, & iniustè damnatos: quorum vita tametsi pia, frugalis, & integra erat: à multis tamen coætaneis, loco & tempori seruientibus, & indigna, & scelesta habita est. Cur ita? nimirum diminutæ sunt veritates à filiis hominum, vbique gentium, & omni seculo*

veritas odium parit: & eadem post varios casus emergẽs omnia vincit. Cato quadragesies fuit accusatus, & toties veritatis beneficio absolutus: Alcibiades ob enuntiata Cereris mysteria à bello ad iudicium vocatus, & per omnes sacerdotum religiones deuotus, post multos & ancipites fortunæ circuitus innocens declaratus, Atheniensiúmque factus est, & Dux, & Imperator. Marcus Horatius interfectæ sororis crimine à Tullo rege damnatus, ad populũ ꝓuocato iudicio absolutus est. P. Scipio ꝗ victor Annibalis, Hispanias, & Africæ maiorẽ partem tributarias Romanis fecit, bis delatus fuisse dicitur. Primũ quòd ex pecunia Antiochẽsi quadragies sestertia retinuisset: prolato ab eo libro, quo acceptæ expẽsæque summæ cõtinebãtur, refellique inimicorũ accusatio poterat, rationes decerpsit dicẽs, suo ductu, suísque auspiciis bis millies ærariũ vberius fecisse: secundo, à M. Mummio tribuno plebis, quòd Punicam gazam in suos vsus conuertisset: is triumphanti*

Cato.

Accusati, & Absoluti.

Alcibiades.

Scipio.

* cẽt mille escutz.

ſimilis adiit Capitolium à Senatu et à populo comitatus, necnon, & ab ipſo accuſatore, qui in foro ſolus à populo cum ingenti calumniæ ludibrio deſertus euitandi ruboris cauſa factus eſt Scipionis venerator. Non omnes igi
Illario. *tur pereunt accuſati. Octauo Valerius libro, plures & accuſatos & mortis reos recenſet, quos ſenatus, et vitæ, et dignitati ex cauſis etiam leuiſſimis reſtituit. Adimere vitam poſſunt iudices: ſed eandem largiri nequeunt, niſi clementia duce. Quorſum hæc tam proxila exempla tendant optimo iure quæretis Iudices. Nempe iſthuc, vt Sableium non protinus (quod à duobus ſaccularijs, indoctis, atq; adeo præduris iudicibus damnatus, quod à multis factioſis et potentibus accuſatus, quod multorum maleficiorum reus ſit) vltimo dignum ſupplicio iudicetis: nam vanæ voces populi, ſi minus audiantur, ſi gratia, fauor, potentia apud vos nihil valeant, ſi totius litis ſumma quæſtio ad Critolai libram (vt aiunt) appendatur, minimè profecto deſperat Sableius, veſtris cenſuris ſeſe abſolutum iri, modo per ſeſquihoram,*

ram, & æquis auribus suæ, & innocentiæ, & defensionis patrocinia audire non grauemini: mediusfidius eundem, & falso, & non citra calumniam, necnon appositis sibi præuaricatoribus accusari cognoscetis: illud meo vobis periculo despondeo, & iuratus polliceor, me sole clarius, tanquam in specu lis, & tabula edocturũ, omnia quæ Sableio inuruntur, & falsa, & fictitia esse crimina: quod vt dilucidius procedat, tota huiusce quæstionis dictio quatuor in partes distribuatur.

Prima Sableij genus, mores, studia, disciplinas, indolẽ, gesta, ac totius vitæ cursum, auspicia, progressus, exitum referet. Altera solidis ostendet rationibus, exemplis, & legibus, eundem ab istis non potuisse in publicũ deferri. Proxima, nihil delatũ legitimè. Postrema diluet, refutabit, dissoluet, iniustas criminationes vtriusque acta tribunalis, & ipsorum iudicum censuras, aut momenti esse nullius, aut rescindendas, aut vtrunque non fictis argumentis docebit. Si Sableii genus, Distributio. A genere

m

siue paternum, siue maternum spectetur, ampla fuit, illustri, & antiqua natus ille familia, cuius atavi, & maiores in ordine cum equestri, tum patritio maximis (citra reprehẽsionis aleã) honoribus functi, Rempubl. magnopere Francicam iuuerunt: grauissimis temporibus, & in ruinis afflictæ, & labentis patriæ, necnon illi magno vsui fuerunt, atque ornamento, & domi, & foris: eò præsertim seculo, quo in tota propè Gallia rerum potiebantur Britanni, Carolo septimo viribus, & pecunia destituto, imò quasi apud Bituriges exule, Caroli filium Ludouicum vndecimum domestico, & plusquam ciuili bello pressum, Philibertus Sableii proauus à morte non semel asseruit: ex acie illa apud Montemlericum equestri: tertiò à Burgundis captiuũ eripuit, & illæsum seruauit: ob id parta victoria, & icto inter principes fœdere ipsius regis oraculo factus est eques auratus, & regio torque plausibiliter insignitus. Auus Iacobus Augustaliũ equitum decurio, Carolum sequutus octauum in

Apuliæ

Apuliæ campis lancea trãsfixus, diem suũ gloriose functus est: Sableij pater, militũ tribunus nostra memoria Lautrecum proconsulem, & Italiæ pro regem sequi iussus, sub Neapolitanis mœnibus Scorpionis traiectu decessit: vnus hic, velut alter Fabius, quia nõdum armis idoneus, familiæ superfuit, cui longe commodius fuisset in primis vitæ carceribus lucis vsura priuari, quàm indignis inimicorum hodie calumniis opprimi, quàm in forensi pistrino molam hanc versare, & nundinari iustitiam, non citra mutatæ fortunæ pudorem, quàm in hisce vinculis ætatis suæ periodum per summam iniuriam cõsumere, quàm apud istos, inorabiles, tetricos, inclementes, tenedios, misanthropos, eloquentiæ, & candidi leporis expertes, sordidæ Mineruæ, atque illotæ, alimentis obnoxios iudices qui sibi solomes, licurgicatones videntur: cum magna, graui, & incredibili nominis infamia dicere causam. Vetus est prouerbium, Vbi non sis, qui fueris, non est cur velis viuere.

Augustales equites dicuntur galli. les Gétilz hõmes de la maison du Roy.

Aduersus iudices ĩprobos.

Paulò felicius, atque gloriosius illi fuisset Alcibiadis cõsilium sequi, monẽtis, Nunquam litigãdum esse, si liceat effugere: nam in iudiciis albi calculi loco immittuntur plerunque nigri, vt Aristidis ostracismus docuit. De genere Sableu, familia, & meritis A morib⁹ *satis dictũ sit. Ad mores illius, studia, disciplinas, totius vitæ calendariũ defertur oratio: cuius prima ephebia, & literis, & piis moribus primùm instituenda pædagogis tradita est: apud quos impubes iactis fundamentis educatus, ita promouit, latialis linguæ misteria, & oẽs politiores literas (quarũ* Budæus, *splendor Gallis nuper illuxerat, Budæo, cu-* Danesius Tusanus, *ius anima dudum in cælos abiit, Danesio,* Bayfius, Galãdius, *Bayfio, Tusano, Galãdio, Ramo, Nigonio:* Ramus, Nigoni⁹. *primis autoribus) necnon iuris Romanì sciẽtiam, quæ Vulpiano* [a] *dicitur ars æqui, &* a l. 1. de iustitia & iure. ff. *boni, legúmque anthinomias dissoluere, primis annis didicerit: idem pueritia in hisce scholis Tholosanis consumpta, domum ægrè à suis reuocatus, & regis assecla factus, non in delicias, non in segnitiem, nõ in torporem resolutus:*

resolutus: sed ad ardua, ad labores, ad virtutes natus, sese militię tyrociniis exercere, & stipendia facere cœpit, vt patriæ tam benedicendo, quàm benefaciendo prodesset, nullo tamen literis misso repudio. Veterum siquidē annales, & codices historicos, in manibus semper habebat, vt Tucididis herosi, Xenophontis, Plutarchi, monumenta. T. Liuij, Salustij, Vegetii, Iulii Cæsaris cōmentaria, & Sabellici Rapsodias. Nullus, præter illos quinque, à Iustiniano [a] permissos ludos, illi placuit: contemptis theatris, & proscenijs, aut cursu equos, aut sese ferendis molibus, proiiciendis lapidibus, ascensu montium, & descensu, interdum pila, & palæstra fatigabat: inediæ, sitis, algoris, æstus (contra Gallorum ingenia) patientissimus: vitam otiosam mare mortuum dictitans: in omnibus præterea vitæ actionibus, siue ioco quicquam, siue serio inter æquales, & suæ classis pueros, aut maiores natu tentabat, auitæ nobilitatis specimen præbebat eximium: neque

a In l. fi. de reli. & sūp. fune. Cod.

Descriptio adolescentiæ bene institutæ.

Vita otiosa.

molestus, neque importunus, vel inuidus cuiquam mortalium, simultates, & odia fugitans, ad obsequia singulorum vltrò paratus, in conciliandis amicitiarum studiis, & retinendis, in diluendis cõtra offensionibus, maxime felix. Erat enim formæ gratia succulẽti corporis habitu laconica morũ castimonia, nec minus eloquentia, puer apud suos æquales, & coetaneos insignis: quos omnes sexdecim pedibus (vt de Pericle dictũ est) multisque parasangis ingenij ad omnia sequacis dexteritate præcedebat: nulla illi dies sine linea, nullum temporis punctũ fructu, vacuũ, nullus labor molestus erat: adeò vt ætatem fama constans, famã admiratio, admirationem non puerilis, sed plusquam virilis, & mascula virtus sine controuersia vinceret:

Gradatio *tantæ emoriar expectationis, támque excelsæ indolis erat Sableius, vt illum manu strenuum, & consilio bonum fore virum omnes quibuscum agebat, sibi desponderent: Nec eos bene concepta fefellit opinio: nam in dies & gloria, & recentibus, atque quotidianis*

nis virtutum incrementis auctior, celebrior, & singulis gratior factus, sese in regis beneuolentiam fœliciter insinuauit, à quo conditionibus luculentis inter aulicos proceres, & inter regiæ ministros selectus, non industriæ, non diligentiæ, non solertiæ pepercit: neque verò à militia feriatus, apud muliebres, & puellares choros, aut lucullianas mẽsas, sed apud probos, & spectatæ virtutis equites, vt Bayardum, & Guillermum Bellaium Langæum, viros à fronte simul, & occipitio oculatos, frequens erat: illorum gratiam pluribus, & officiis, & studiis cõciliare, nominisque sui famam illustriorem facere, eorundem consuetudine, & vsu cupiebat: non dionysiacas idem saltationes, sed pãcratia: nõ scenicos ludiones, nõ thymelicos, aut atholos artifices, sed palestricos, digladiãdi, desultandi, decurrendi in catadromis, punctim, & cæsim feriendi, vulnera cominus inferendi, vitandique peritos anxiè, & perpetuò sequebatur, in vmbratili pugna (quæ Græcè sciomachia dicitur) atq; in decursio-

Baiardus, Langęus.

Militaris disciplina

nibus ludicris totos, & dies, & noctes cursu, luctando, hasta, disco, claua, cæstibus, arcu, scuto, pugillatus, iaculis, saltatione pirricha sese, velut in agone, exercebat: vt si quādo in solē, & puluerem, id est in verum discrimen prodeundum esset, petendi, cædendique hostis nō planè expers & rudis, atque Millesius tyro, sed mulus Marianus *videretur*. Exa*ctis pubertatis annis, & ætati virili proximus, ne à suis degenerans abauis, néue eorum fortia facta memorando clarior aliena fieri nobilitate, quàm sua velle censeretur, vt suæ pomœria gloriæ protenderet, castrenses miserias aulicis præferre deliciis, Bayardúmque ob res bello gestas inter omnes militum duces maximè celebrem sequi, & in rem præsentem ire constituit: sub cuius ducatu consumpto in acie & puluere biennio militares disciplinas, castrenses astus, strategemata, vigilandi, explorandi, receptui canendi, tempus, modos, occasiones, pugnādi leges: militiæ sacramenta quatuor licurgi præcepta circa bellicam disciplinam obseruandam, vt speculandi, frumentandi, aquan-*

di, aquandi, excubandi, subitas hostium incursiones euitandi, ordines explicandi, stationes componendi vigiliarum, atque excubiarum tesseras, cadẽdi, & declinãdi ictus, signa educendi, exercitus mectandi & mutãdi castra, q̃ quadrata, vel trigona, vel hemicicla licurgus voluit Martio varias offẽsiones propulsandi peritiam, & industriã, ita edidicit, vt suorum suffragiis æqualium, totius cohortis strategeam [a] *iuuenis acceperit, vel inuitus. In pugna Maligniana ab ipso rege in virtutis præmium, & decus militiæ aureis donatus est annulis, & pedestris militiæ factus est Primipilus. Quo in magistratu qualem se virũ præstiterit aduersus Heluetios, Teutones, Rhetios, Insubres, Salassios, Ligures, Italos, Centrones, Ligurinos, Rauracos* [b], *& reliquos viriusque Galliæ populos armis assuetos, à victis, & ab eorum historicis memoriæ proditum reperitur: parta autem victoria creatus est eparchus, & irenarcha* [c] *Mediolani. Quãtum, & quibus artibus, consiliis, viribus,*

a Stratagea dicitur militaris præfectura.

b Rauraci hodie sunt Grueriј, id est les Grueriens.

c .i. pacis cõciliator C. de irenarchis. & l. diuus. ff. de custo. & exhibi. reorum.

Belgicã ipſe gentem, anno 36. ſupra milleſimum & quingẽteſimum aduerſus Caroli. 5. *ĩſtructas, & veteranas acies, aduerſus Cimbros, Burgundiones, Hannonios, Flandrenſes, Barbantinos, Teutones, Anglos, adiuuerit, ipſa (ſed non ſola) inuicta, & nobilitatis hodie titulo illuſtrata Perona, teſtabitur: cuius ille, quem veſtris in oculis ſupplicẽ, & demiſſum habetis, muros, tametſi miſſilibus, pilis, & ariete crebrò dirutos, neq; interdiu, neque noctu, neque pręſentis mortis obiectu deſtituit, glorioſum dictitãs eſſe pro patria, pro ipſis laribus, pro templis, pro re publica mortem oppetere. Inter multas Sableij virtutes hæc quoque poſtrema enituit, mortuo in cuniculis Dommartim patrono (qui comes dicebatur,) ſolus Auraicæ principi, ſeptem legiones in armis habenti, reſtitit: quatuor aduerſo corpore vulneribus acceptis, non remiſsior, ſed audacior, violẽtior, robuſtior, ad pugnã velut oſculanam*[a] *ſuos, ſpe, ferro, tragulis, cõmeatu, frameis, loricis, telonibus, bellicis machinis, & armis deſtitutos commilitones,*

Perona.

a Pugna oſculana dicitur quãdo victi vincũt

litones, fugam indubiè spectãtes, retinuit: vt qui prius fugiebant, fugere & receptui suos hostes canere tandem coegerint: Hunc meo iure citra fucos dicere vobis possum Leonida Spartano superiorem: is enim quatuor Græcorum millibus instructus Thermopilarum angustias, aduersus imbellem Persarum exercitum tutari non potuit: Sableius contrà, vix centũ militum manipulatim pugnantium comitatu fretus, nostram Peronã mœnibus priuatam, incendiis & ruinis deformatam, scorpionibus & phalaricis dirutam, non solùm tutatus est, sed & deploratam victoriã de manibus hostiũ, Parisianã indubiè prædã spectantium, quater eripuit. Possum & Cynegiro Atheniẽsi, duobúsque Cæsarianis militib⁹ M. Attilio, & M. Scæua, uecnõ L. Sicinio Dentato, & M. Sergio strenuis equitib⁹ cõparare: quorũ exẽplo, & patriæ fines, & gloriã defẽdit, & ampliorẽ fecit Sableius auro coronario, & tunica palmata dignissima. Te nunc alloquor [a] Bayarde Delphinas, Castrensis disciplinæ prin-

Leonidas

Cynegir⁹ Valerius Titu. de fortitudine.

a Exclamatio rhetorica.

ceps, cuius etiam mortui nomen Galliæ nostræ est splẽdori, tuum requiro testimonium,
Bayardus. *Gulielme Bellaie, quæ viuus dicebaris Lan*
Langæus *geus, & qui velut alter Vlysses armis & verbis, id est togatus, & paludatus transalpinam Galliam sic administrasti, vt tuo ductu indigenæ, & incolæ nostrates esse maluerint quàm ducales; vestrã desidero præsentiã, Morini, Ambiani, Bellouaci, Abbatisuillæ, Corbiæ, Sancti Quintini, Boloniæ ciues, ab aratro, et sale liberati. Sableianis manibus & armis defensi, hũc infelicẽ, squallidum, incultum; sordibus obsitũ reum sagus prius, & vestibus holobaris ornari solitum vestris precibus, lachrymis, commendatione, præsidiis, magnifica virtutum relatione foueretis: qui sese toties vestris hostibus obiecit, ne in eorum manus impias, audaces, scelestas veniretis, atqui vel coactus hodie præfari illud potest Sableius: ære castrensi & stipendiis expunctus.*

Ouidius. Donec eris felix multos numerabis amicos:
Tempora si fuerint nubila solus eris.

Ad quos confugiam non habeo cõscripti patres: amici mei, principes, & domestici, ab inimicis persuasi, ipsum me destituerũt. Virtutum, & meritorum immemores, & meis in Rempublicam deuoratis beneficiis nouercãtis fortunæ ludibriũ sequuti, quibus suo malo, vel inuitus obiicere potest. Idem Sableius illud insigne Diogenis apotechma, principum amicos supputatoriis similes esse calculis, qui plurimum aliquando valeant numero, & ordine, nonnunquã & sæpè contra mutata fortunæ alea, nihil possint, neque valeant. Vtinam iudices nostram hanc causæ dictionem apud strenuos Peronæ ciues, apud Marchiæ comitem, apud bellicosas equitum turmas agere liceret: quorum viribus, armis, industria, consiliis eadem Perona, ab Hispanis & Germanicis legionibus, ab incẽdio, ruina, cædibus, rapinis vindicata est: omnes illi certatim suã pro Sableio desponderent vitam, & indubiè affirmarent ab eius indole, & heroicis virtutibus alienum, à prioris vitæ rationibus

plusquam remotum, & extra fidem esse omnia, quæ ab inimicis in eum detorquentur. Vero simile, & intra fidem profectò non est, eum qui per omnes virtutum gradus toto vitæ suæ curriculo, & enixè probus, & adprime strenuus fuerit, statim tot sceleribus obrui: nemo repentè fit vel optimus, vel pessimus. Ex *studiis (ait ille) cognoscitur puer: qui iuuenis bene vixit, fieri vix potest, vt ad senium, quasi ad portum deductus, aduersus naturam pugnet. Illis (vt apud Salustium Marius ait) qui omnem ætatem in optimis artibus egerunt benefacere ex consuetudine in naturam vertitur. Sed prætermissis consulto Sableii meritis, virtutibus, & encomiis, ne panegyrim dictare potius, quàm defensionem moliri videar: ad alteram partem descendo in qua pretiũ fuerit operæ tribus verbis consequi, & explicare, quibus accusare permissum, & quibus denegatũ: quæ præuenire, & quæ subsequi debeant accusationem. Vti procuratoris[a] munus agere, testificari, nuptias cõtrahere: ita & accusare, & accusari possunt omnes, nisi nominatim edicto vetentur:*

A probabili.

Salomõ in Prouerbiis.

a Edicta de procuratoribus.

vetentur:impubes,filiusfamil. [a] *minor* [b] *mutus surdus, furiosus, infamis, seruus nemo legitimus censetur procurator, aut testis* [c] *esse, hisce personis omnibus: imò & aliis pluribus, vt mi litibus, nisi suas, aut suorum persequantur iniurias: magistratibus* [d] *merum habentibus imperium, quando publico funguntur officio: fœminis propter varium & mutabile consilium: libertis & clientibus patronos, inimicis, famosis* [e] *de falso vel testimonio, vel calũnia aliquãdo cõuictis:* [f] *grauioris culpæ reis accusare denegatũ est, nisi in certis speciebꝰ, vt in maiestatis, & census fraudati, annonæ, & Corneliæ de falsis, hæresis, simoniæ, ambitus, dilapidationis, in quibus populare est, & maxime gloriosum ad accusationem ex vsu publico descẽdere nullis tamẽ hodie in delictis permissa est accusatio ad vindictam, nisi magistratibus, fiscum principis agentibus: reliquis iniuriam, aut damnum passis, denuntiare priuatim ad pœnam, non accusare ad vindictam liberum est. Ideo accusationis definitio, tirulusque de accusationibus, in nullum hodie*

a Filiusfamil. de procura.

b l. minor de procu. nisi pro absente.

c In testibus septé conditiones requiruntur.

d l. si maritus. de adulte ff.

e l. infamẽ, de publicis iud.

f l. si cui. §. eiẽdem de accus.

Solus hodie fiscus accusat.

Titulꝰ de accusationibus est sublatus quoad priuatos.

priuatum cadit: nam solus in Gallia fiscus accusatoris partes agit, solus est iniquitatis vindex, solus, & in publicis, & in priuatis causis vltor est, & persequutor scelerum, solus ad exemplum, & vindictam Reipublicæ suas exercet actiones, nulli obnoxius inscriptioni [a] *neque calumniæ proximus.* Priuatus *autem vel læsus, vel lacessitus iniuria, iacturam famæ, dignitatis, pecuniæ, vel damni grauioris in foro repetiturus, tria facere debet:* Crimen *in sese, vel suos admissum, monitione præmissa fisco deferre: mox impetrata prius venia, libellum* [b] *culpæ, doli, iniuriæ, loci, temporis, personarum indicem, iudici legitimo porrigere, datis postremo litis peragendæ fideiussoribus sese ad pœnam talionis inscribere.* Qui *crimen publicũ instituere properant ait* Alexander [c] *non aliter ad hoc admittuntur, nisi prius inscriptionum pagina præcesserit: & fideiussor de exercenda lite adhibitus fuerit.* Vulpianus [d] *ait, si cui crimen obiiciatur, præcedere debet in crimine subscriptio: quæ res adinuenta est, ne facilè quis prosiliat ad accusationem,*

a Fisc' nũquã se inscribit.

b L. libellorum. de accusatio.

c In l. qui crimẽ. de his qui accus.

d In l. si cui de accus.

ſationem, cum ſciat inultam ſibi nõ futurã. Caueant itaque ſinguli quod crimen obiiciant, & præterea ſeſe vſque ad ſententiam in crimine perſeueraturos. Si libelli inſcriptionũ (ait Paul⁹ [a]) legitimè ordinati nõ fuerint, accuſati nomẽ aboletur, & inter eos nõ recipitur. Hiſce trib⁹ omiſsis (ſi grauia [b] ſint delicta) non procedit accuſatio, nec reus vllis eſt obnoxius vinculis, vadimoniis, reſponſis. Quæ tria deſiderari in hac capitali controuerſia videtis optimi iudices, ſolennem inſcriptionis libellum abeſſe: legitimos accuſatores abeſſe: fideiuſſores litis idoneos abeſſe videtis: repugnantibus tamen ſanctionibus regiis: Sableium poſt emerita ſtipendia, vt impium, vt ſacrilegum, vt vita indignũ, & quaſi alterum Diagoram Melium ab Athenienſibus præconio proſcriptum in latumiis, & in compedibus in alieno foro agere cauſam videtis. Mirum igitur vobis non erit, atque alienũ, ſi præter iniquitatẽ ſimul, & imperitiam priorũ acta iudicum, vel momẽti nullius eſſe, vel reſcindenda doceamus,

a In.l.libellorum

b L.leuia eodem.

Diagoras Melius.

Forma. *propter omiſſas iudiciorum formulas: quarũ obſeruatio non ſolum in reſcriptis ad lites, in beneficiis principum latiſsimè interpretandis, in bonis minorum alienandis, in mãdatis, & ſtatutis, in iuramentis, in ſacris, & prophanis electionibus, in ſacramentis, & priuilegiis, in legationibus, teſtamentis, pollicitationibus: ſed etiam in iudiciis, ſiue priuatim agatur, ſiue publicè, pluſquã neceſſaria eſt.* Omiſsio formæ. *Quarum omiſsio reliquos actus, officia, rei benegeſtæ gloriam perdit. Manlius Torquati filius, qui contra edictum patris, & formam ab eo datam pugnauit, capitis ſupplicium luit victor.* Cæſari triumphus denegat' *Iulio Cæſari (tametſi Galliarum domitori) ob egreſſos tamen mandati publici, & quinquennij fines, denegatus eſt triumphus. Aulus Poſthumius, & Steſibrotus Epaminundæ filius, ob neglectam militaris diſciplinæ formam, quanuis parta victoria, ſecuri percuſsi ſunt. Hinc vulgò dicitur, Forma dat eſſe rei: forma mandati diligenter, & non per æquipollens ſeruanda eſt. forma rei perempta, res eſſe deſinit:*

nit: formæ, consensu etiam partium, non potest renunciari: Quia quod iuris est publici priuatis conuentionibus adimi nequit. Omissæ formæ magni est ponderis exceptio: illa in literis apostolicis [a] *falsitatem arguit: illa prætermißa, stipulationes* [b], *sententias* [c], *acceptilationes* [d] *nullas, & inutiles facit: illa forenses ritus* [e] *irritos declarat: in quibus tria (priusquam legitimum feratur iudicium) necessaria sunt, ordo, substantia, forma. Ad ordinem iudiciorum spectat, vt nihil præter solitum prius, nihilve posterius fiat, præcedat citatio, libellus offeratur, subsequuta mox contestatione, proferantur vel testes, vel instrumenta, vel exceptiones, exinde recusatum constituatur iudicium, contradicta proxime dissoluantur, & censendi demum potestate facta, & calculo permisso, litis cardo, & summæ quæstionis per aduocatos concertatæ decisio petatur. Ad substantiam pertinet, vt præcedat* [f] *cognitio, vt pura, vt iusta, vt certa recitetur, absoluatque, vel condemnet sententia: Ad formam,*

a c. ad falsariorum. de falsis.

b l. 1. §. qui præsens. de verb. obl.

c l. si expressim. de appel.

d l. an inutilis. de accep.

e l. prolatam. C. de senté. Baldus in l. prolatam.

Recusare dictio forensis.

Censeo.

f Iudex prius cognoscere, quàm diffinire debet.

vt in scriptis, vt sedendo, vt plenius examinato negotio, & discusso, vt tempore[a] & loco congruis, vt præsentibus, vel ritè vocatis partibus, vt ex breuiculo[b] recitata per iudicem sententia pronũtietur: illa alioquin nulla, iniusta, & sententiæ titulo indigna iudicabitur. Itaque nisi forma in iudiciis adseruetur, corruit actus omnis: & illa, quæ neglectis solennibus fiunt, nullum patiuntur effectum[c]. Porrò iudicia tribus constant personis[d]: Actore, Iudice, Reo: non quibusuis, sed idoneis. Hinc titulus est apud Iustinianum, Qui legitimam personam standi in iudiciis habeant, vel nõ habeant: & innumeræ comparatæ sunt exceptiones contra personas actoris, testium, & iudicum: in omnibus enim causis prius de personis agitur. Et præcipuè sunt iudicũ partes, sedulo spectare personas, aut agentium, aut accusantium, necnõ, & testium: quibus aut stat, aut cadit totius negotij summa. Nam si legitimus non fuerit accusator, non fatigetur accusatus, vt Felici placuit[e]: Legitimis autem accusatoribus

a l. cũ sententia. de sen. Cod.

b Titulus de senté. ex breuiculo recitandis.

c Libr. 3. Codicis.

d cap. forus, de verbo. signi.

e In ca. 1. [illegible]e accus.

*ſatoribus tria adeſſe debent, vitæ innocētia, nominis integritas, & publici boni ratio: à quibus niſi abſint inimicitiæ, odia, & reliqui indigni affectus, ceſſat accuſationis nomen, & incipit eſſe vindicatio. Hinc & ſcitè, & commodè ab Ambroſio dictum eſt. Accuſet ille, qui nulla priuatim laceſſitus iniuria, nulla prouocatus offenſione, nulla leuitate, aut ſpe, nullóve odio ducatur: nullus accuſet domeſticæ voluntatis arbitrio: ſed vt in commune conſulat. Accuſet ille, qui non egit eadem, quæ in alio putauerit caſtiganda: iudicet ille de alterius errore, qui nō habet in ſeipſo, quod condemnet. Qui trabem geſtat in ſuo oculo, feſtucam de fratris non poteſt eruere. Si Catilina * Cethegum, Lentulum, Statilium, Gabinium, Ceparium proditionis arguat: Si Iulius Cæſar occupatæ tyrannidis Syllam dictatorem, Piſiſtratum Athenienſem, Dionyſium Syracuſanum, Phalarim Agrigentinum, Diomedem, & Buſirim inſectetur: Si Ptolomæus Macedo à Gallis (Duce Belgio) vi-*

*Argumēta varia ab hiſtoriis prophanis.

ctus, & obtruncatus, Annibalem in Romanos quatuor præliis victos, Philippum Alexandri patrem in Thessalos, Olinthyos, Vide Iustinũ, & Plutarchum. *Thraces, Cappadoces, Bœotios, Phocenses, Lacedæmonios, Athenienses, Thebanos, quos omnes suæ adiecit Macedoniæ, Mithridatem perfidiæ, crudelitatis, insidiarum postulet: Si Brennus Senonum dux Cambysem: Si Quintum Cepionem consulem auri Tholosani direptorem: si C. Verrem, & Scynim Corinthium sacrilegij, & latrocinij insimulet: Si Lucius Sylla, qui Romam & vniuersas Italiæ partes ciuilis sanguinis fluminibus inundauit, quatuor legiones Marianas, implorantes misericordiam, detruncari iussit: quatuor milia, & septingentos ciues diræ proscriptionis edicto iugulatos in publicas tabulas deferri voluit: Si Annibal, qui ad Cannas victor pontẽ humanis cadauerib⁹ in Gelo flumine cõstruxit: Si Mithridates rex Ponti, qui vna epistola 80. ciuium Romanorũ millia, per Asiã dispersa, mãdauit interfici: Si Abimelech Gedeonis filius,*

qui

qui regnandi cupiditate 70. fratres occidit: Si Herodes, qui multa puerorũ millia iusſit perimi, vt noſtræ ſalutis autorem interciperet: Si Diocletianus, qui 17. millia Chriſtianorũ paucis diebus variis ſuppliciis affecit: Si denique Macrinus, Maximianus, Domitius Nero, Tyberius, Domitianus, Aulus Vitellius, Antoninus, Cõmodus, Imperatores Romani Alexãdrũ Phereũ, Maxentium, Athillam flagellũ Dei impietatis, inclemẽtiæ, crudelitatis perſequãtur, nónne riſum mouerent pluſquam Sardoniũ, vt qui legitimi nequeãt accuſatores eſſe? A Iudęis apud Chriſtũ defertur adultera: repellũtur delatores, & diuino victi reſpõſo fugiũt, quibus via, veritas, & vita (Chriſtus ait) qui veſtrũ ſine peccato eſt, primus in illã mittat lapidẽ. Innocẽs igitur, & ab omni reprehẽſionis morſu vacuus eſſe debet, q̃ ĩ alios accuſationẽ inſtituit: ne, quod ĩ aliis reprehẽdit crimẽ, illi vertatur vitio: vt ſi Cato Vticẽſis (qui grauate ferẽs, Põpeium à Cæſare ſuperatũ) ſuo ĩcubuit gladio; Iubã Mauritanię regẽ, Dio-

ceps, cuius etiam mortui nomen Galliæ nostræ est splẽdori, tuum requiro testimonium,
Bayardus. Langæus *Gulielme Bellaie, quæ viuus dicebaris Langeus, & qui velut alter Vlysses armis & verbis, id est togatus, & paludatus transalpinam Galliam sic administrasti, vt tuo ductu indigenæ, & incolæ nostrates esse maluerint quàm ducales; vestrã desidero præsentiã, Morini, Ambiani, Bellouaci, Abbatisuillæ, Corbiæ, Sancti Quintini, Boloniæ ciues, ab aratro, et sale liberati. Sableianis manibus & armis defensi, hũc infelicẽ, squallidum, incultum; sordibus obsitũ reum sagus prius, & vestibus holobaris ornari solitum vestris precibus, lachrymis, commendatione, præsidiis, magnifica virtutum relatione foueretis: qui sese toties vestris hostibus obiecit, ne in eorum manus impias, audaces, scelestas veniretis, atqui vel coactus hodie præfari illud potest Sableius: ære castrensi & stipendiis expunctus.*

Ouidius. Donec eris felix multos numerabis amicos;
Tempora si fuerint nubila solus eris.

Ad quos confugiam non habeo cõscripti patres: amici mei, principes, & domestici, ab inimicis persuasi, ipsum me destituerũt. Virtutum, & meritorum immemores, & meis in Rempublicam deuoratis beneficiis nouercãtis fortunæ ludibriũ sequuti, quibus suo malo, vel inuitus obiicere potest. Idem Sableius illud insigne Diogenis apotechma, principum amicos supputatoriis similes esse calculis, qui plurimum aliquando valeant numero, & ordine, nonnunquã & sæpè contra mutata fortunæ alea, nihil posſint, neque valeant. Vtinam iudices nostram hanc causæ dictionem apud strenuos Peronæ ciues, apud Marchiæ comitem, apud bellicosas equitum turmas agere liceret: quorum viribus, armis, industria, consiliis eadem Perona, ab Hispanis & Germanicis legionibus, ab incẽdio, ruina, cædibus, rapinis vindicata est: omnes illi certatim suã pro Sableio despondèrent vitam, & indubiè affirmarent ab eius indole, & heroicis virtutibus alienum, à prioris vitæ rationibus

plusquam remotum, & extra fidem esse omnia, quæ ab inimicis in eum detorquentur. Vero simile, & intra fidem profectò non est, eum qui per omnes virtutum gradus toto vitæ suæ curriculo, & enixè probus, & adprime strenuus fuerit, statim tot sceleribus obrui: nemo repentè fit vel optimus, vel pessimus. Ex *studiis (ait ille) cognoscitur puer: qui iuuenis bene vixit, fieri vix potest, vt ad senium, quasi ad portum deductus, aduersus naturam pugnet. Illis (vt apud Salustium Marius ait) qui omnem ætatem in optimis artibus egerunt benefacere ex consuetudine in naturam vertitur. Sed prætermissis consulto Sableii meritis, virtutibus, & encomiis, ne panegyrim dictare potius, quàm defensionem moliri videar: ad alteram partem descendo in qua pretiũ fuerit operæ tribus verbis consequi, & explicare, quibus accusare permissum, & quibus denegatũ: quæ præuenire, & quæ subsequi debeant accusationem. Vti procuratoris*[a] *munus agere, testificari, nuptias cõtrahere: ita & accusare, & accusari possunt omnes, nisi nominatim edicto vetentur:*

A probabili.

Salomõ in Prouerbiis.

[a] Edicta de procuratoribus.

vetentur: impubes, filiusfamil.[a] minor.[b] mutus surdus, furiosus, infamis, seruus nemo legitimus censetur procurator, aut testis[c] esse, hisce personis omnibus: imò & aliis pluribus, vt in litibus, nisi suas, aut suorum persequantur iniurias: magistratibus[d] merum habentibus imperium, quando publico funguntur officio: fœminis propter varium & mutabile consilium: libertis & clientibus patronos, inimicis, famosis[e] de falso vel testimonio, vel calũnia aliquã do cõuictis:[f] grauioris culpæ reis accusare denegatũ est, nisi in certis speciebꝰ, vt in maiestatis, & censusfraudati, annonæ, & Corneliæ de falsis, hæresis, simoniæ, ambitus, dilapidationis, in quibus populare est, & maxime gloriosum ad accusationem ex vsu publico descẽdere nullis tamẽ hodie in delictis permissa est accusatio ad vindictam, nisi magistratibus, fiscum principis agentibus: reliquis iniuriam, aut damnum passis, denuntiare priuatim ad pœnam, non accusare ad vindictam liberum est. Ideo accusationis definitio, tituluſque de accusationibus, in nullum hodie

a Filiusfamil. de procura.

b l. minor de procu. nisi pro absente.

c In testibus septẽ conditiones requiruntur.

d l. si maritus. de adulte ff.

e l. infamẽ, de publicis iud.

f l. si cui. §. eisdem de accus.

Solus hodie fiscus accusat.

Titulꝰ de accusationibus est sublatus quoad priuatos.

ſationem, cum ſciat inultam ſibi nõ futurã. Caueant itaque ſinguli quod crimen obiiciant, & præterea ſeſe vſque ad ſententiam in crimine perſeueraturos. Si libelli inſcriptionũ (ait Paul[9] [a]) legitimè ordinati nõ fuerint, accuſati nomẽ aboletur, & inter eos nõ recipitur. Hiſce trib[9] omiſsis (ſi grauia [b] ſint delicta) non procedit accuſatio, nec reus vllis eſt obnoxius vinculis, vadimoniis, reſponſis. Quæ tria deſiderari in hac capitali controuerſia videtis optimi iudices, ſolennem inſcriptionis libellum abeſſe: legitimos accuſatores abeſſe: fideiuſſores litis idoneos abeſſe videtis: repugnantibus tamen ſanctionibus regiis: Sableium poſt emerita ſtipendia, vt impium, vt ſacrilegum, vt vita indignũ, & quaſi alterum Diagoram Melium ab Athenienſibus præconio proſcriptum in latumiis, & in compedibus in alieno foro agere cauſam videtis. Mirum igitur vobis non erit, atque alienũ, ſi præter iniquitatẽ ſimul, & imperitiam priorũ acta iudicum, vel momẽti nullius eſſe, vel reſcindenda doceamus,

a In. l. libellorum

b L. leuia eodem.

Diagoras Melius.

Forma. *propter omissas iudiciorum formulas: quarũ obseruatio non solum in rescriptis ad lites, in beneficiis principum latissimè interpretandis, in bonis minorum alienandis, in mãdatis, & statutis, in iuramentis, in sacris, & prophanis electionibus, in sacramentis, & priuilegiis, in legationibus, testamentis, pollicitationibus: sed etiam in iudiciis, siue priuatim agatur, siue publicè, plusquã necessaria est.* Omisio formæ. *Quarum omissio reliquos actus, officia, rei benegestæ gloriam perdit. Manlius Torquati filius, qui contra edictum patris, & formam ab eo datam pugnauit, capitis* Cæsari triumphus denegat⁹ *supplicium luit victor. Iulio Cæsari (tametsi Galliarum domitori) ob egressos tamen mandati publici, & quinquennij fines, denegatus est triumphus. Aulus Posthumius, & Stesibrotus Epaminundæ filius, ob neglectam militaris disciplinæ formam, quanuis parta victoria, securi percussi sunt. Hinc vulgò dicitur, Forma dat esse rei: forma mandati diligenter, & non per æquipollens seruanda est. forma rei perempta, res esse desinit:*

nit: formæ, consensu etiam partium, non potest renunciari: Quia quod iuris est publici priuatis conuentionibus adimi nequit. Omissæ formæ magni est ponderis exceptio: illa in literis apostolicis [a] *falsitatem arguit: illa prætermissa, stipulationes* [b]*, sentẽtias* [c]*, acceptilationes* [d] *nullas, & inutiles facit: illa forenses ritus* [e] *irritos declarat: in quibus tria (priusquam legitimum feratur iudicium) necessaria sunt, ordo, substantia, forma. Ad ordinem iudiciorum spectat, vt nihil præter solitum prius, nihilve posterius fiat, præcedat citatio, libellus offeratur, subsequuta mox contestatione, proferantur vel testes, vel instrumenta, vel exceptiones, exinde recusatum constituatur iudicium, contradicta proxime dissoluantur, & censendi demum potestate facta, & calculo permisso, litis cardo, & summæ quæstionis per aduocatos concertatæ decisio petatur. Ad substantiam pertinet, vt præcedat* [f] *cognitio, vt pura, vt iusta, vt certa recitetur, absoluatq́; vel condemnet sentẽtia: Ad formam,*

a c. ad falsariorum. de falsis.

b l. 1. §. qui præsens. de verb. obl.

c l. si expressim. de appel.

d l. an inutilis. de accep.

e l. prolatam. C. de sentẽ. Baldus in. l. prolatam.

Recusare dictio forensis.

Censeo.

f Iudex prius cognoscere, quàm diffinire debet.

vt in ſcriptis, vt ſedendo, vt plenius examinato negotio, & diſcuſſo, vt tempore[a] *& loco congruis, vt præſentibus, vel ritè vocatis partibus, vt ex breuiculo*[b] *recitata per iudicem ſententia pronũtietur: illa alioquin nulla, iniuſta, & ſententiæ titulo indigna iudicabitur. Itaque niſi forma in iudiciis adſeruetur, corruit actus omnis: & illa, quæ neglectis ſolennibus fiunt, nullum patiuntur effectum*[c]*. Porrò iudicia tribus conſtant perſonis*[d]*: Actore, Iudice, Reo: non quibuſuis, ſed idoneis. Hinc titulus eſt apud Iuſtinianum, Qui legitimam perſonam ſtandi in iudiciis habeant, vel nõ habeant: & innumeræ comparatæ ſunt exceptiones contra perſonas actoris, teſtium, & iudicum: in omnibus enim cauſis prius de perſonis agitur. Et præcipuè ſunt iudicũ partes, ſedulo ſpectare perſonas, aut agentium, aut accuſantium, necnõ, & teſtium: quibus aut ſtat, aut cadit totius negotij ſumma. Nam ſi legitimus non fuerit accuſator, non fatigetur accuſatus, vt Felici placuit*[e]*: Legitimis autem accuſatoribus*

a l. cũ ſententia. de ſen. Cod.

b Titulus de ſenté. ex breuiculo recitandis.

c Libr. 3. Codicis.

d cap. forus, de verbo. ſigni.

e In ca. 1. [illegible] accuſ.

*ſatoribus tria adeſſe debent, vitæ innocētia, nominis integritas, & publici boni ratio: à quibus niſi abſint inimicitiæ, odia, & reliqui indigni affectus, ceßat accuſationis nomen, & incipit eſſe vindicatio. Hinc & ſcitè, & commodè ab Ambroſio dictum eſt. Accuſet ille, qui nulla priuatim laceſsitus iniuria, nulla prouocatus offenſione, nulla leuitate, aut ſpe, nullóve odio ducatur: nullus accuſet domeſticæ voluntatis arbitrio: ſed vt in commune conſulat. Accuſet ille, qui non egit eadem, quæ in alio putauerit caſtiganda: iudicet ille de alterius errore, qui nō habet in ſeipſo, quod condemnet. Qui trabem geſtat in ſuo oculo, feſtucam de fratris non poteſt eruere. Si Catilina * Cethegum, Lentulum, Statilium, Gabinium, Ceparium proditionis arguat: Si Iulius Cæſar occupatæ tyrannidis Syllam dictatorem, Piſiſtratum Athenienſem, Dionyſium Syracuſanum, Phalarim Agrigentinum, Diomedem, & Buſirim inſectetur: Si Ptolomæus Macedo à Gallis (Duce Belgio) vi-*

*Argumēta varia ab hiſtoriis prophanis.

ctus, & obtruncatus, Annibalem in Romanos quatuor præliis victos, Philippum Alexandri patrem in Thessalos, Olinthyos, Thraces, Cappadoces, Bœotios, Phocenses, Lacedæmonios, Athenienses, Thebanos, quos omnes suæ adiecit Macedoniæ, Mithridatem perfidiæ, crudelitatis, insidiarum postulet: Si Brennus Senonum dux Cambysem: Si Quintum Cepionem consulem auri Tholosani direptorem: si C. Verrem, & Scynim Corinthium sacrilegij, & latrocinij insimulet: Si Lucius Sylla, qui Romam & vniuersas Italiæ partes ciuilis sanguinis fluminibus inundauit, quatuor legiones Marianas, implorantes misericordiam, detruncari iussit: quatuor milia, & septingentos ciues diræ proscriptionis edicto iugulatos in publicas tabulas deferri voluit: Si Annibal, qui ad Cannas victor pontẽ humanis cadaucrib⁹ in Gelo flumine cõstruxit: Si Mithridates rex Ponti, qui vna epistola 80. ciuium Romanorũ millia, per Asiã dispersa, mãdauit interfici: Si Abimelech Gedeonis filius, qui

Vide Iustinũ, & Plutarchum.

qui regnandi cupiditate 70. fratres occidit: Si Herodes, qui multa puerorũ millia iussit perimi, vt nostræ salutis autorem interciperet: Si Diocletianus, qui 17. millia Christianorũ paucis diebus variis supplicus affecit: Si denique Macrinus, Maximianus, Domitius Nero, Tyberius, Domitianus, Aulus Vitellius, Antoninus, Cõmodus, Imperatores Romani Alexãdrũ Phereũ, Maxentium, Athillam flagellũ Dei impietatis, inclemẽtiæ, crudelitatis persequãtur, nónne risum mouerent plusquam Sardoniũ, vt qui legitimi nequeãt accusatores esse? A Iudęis apud Christũ defertur adultera: repellũtur delatores, & diuino victi respõso fugiũt, quibus via, veritas, & vita (Christus ait) qui vestrũ sine peccato est, primus in illã mittat lapidẽ. Innocẽs igitur, & ab omni reprehẽsionis morsu vacuus esse debet, q̃ ĩ alios accusationẽ instituit: ne, quod ĩ alus reprehẽdit crimẽ, illi vertatur vitio: vt si Cato Vticẽsis (qui grauate ferẽs, Põpeium à Cæsare superatũ) suo ĩcubuit gladio; Iubã Mauritanię regẽ, Dio-

xippum Athenienſem, Cleombrotum, Galerium, & Gordianum Imperatores, quòd ſeipſos interemerint, vituperio & ſupplicio dignos putet: Si Lucretia Cleopatram, aut Sophroniam: ſi Dido Phedram Hippolyti nouercam: Si Sabina, Adriani principis: ſi Portia Bruti, Deianira Herculis vxor duas Mithridatis coniuges Moneriam, & Veronicam illatæ ſibi mortis criminentur: Si Brutus, ſi Virginius, ſi Deiotarus, aut Mithridatem ob tres impuberes filios, & totidem filias à ſe morti datos, aut Herodem Iudæum, ob tres ex liberis ſibi ſuſpectis, Alexandrum, Ariſtobolum, & Antipatrum à ſe iugulatos, aut Tantalum Phrygiũ criminis publici reos agant: nunquam ex legis permiſſu illi omnes recipiendi videbuntur accuſatores. Nemo quãtumuis ignarus & ſtupidus eoſdem teſtes, vel iudices aduerſus parricidas iudicarit idoneos: turpe accuſanti eſt cum culpa redarguit ipſum. Quorſum hæc tot exempla, tot ſententiæ, tot ſuperflui ſermones, & hiſtoriæ veterum, non abs re in quæſtionem

*quæstionem vocatur: nimirum isthuc, vt hosce lugubres, & supplices aduersarios (quorum fictis lachrymis, & quærulis commentariis priores circũuenti iudices carceribus Sableium addixerunt biennio) nõ potuisse, & minus hodie posse accusationem moliri aduersus quempiã intelligatis. Cur ita: nẽpe quia famosi sunt, & foro iudicati: quia iter reos relati: eisdem, imò grauioribus maleficiis obligati, quia capitales inimici, pauperes: mercede & pretio ad accusandum cõducti: omnium denique scelerum magistri: quos furti nobilis apud Cadurcum, diuersis temporibus: quos stupri apud Narbonam: quos sacrilegij, & homicidij apud hãc Tholosam delatos, atque dãnatos fuisse: & quod multo deterius, & exempli longe peioris est, trucidato commentariensi, ruptisque carceribus: huc euasisse constat, testium proferuntur elogia: in manibus habemus edicta iudicum, & aduersaria totius quæstionis * cõsignata, adsunt in promptu idonei ciues, & classici veritatis sponsores fidem minimè su-*

Aduersus accusatores.

Foro iudicatus, dicitur galice forbany.

* .i. originalia.

spectam vobis facturi: Quorum testimonio & oculata fide patratum ab istis homicidiũ, imò sacrilegium cõperietis, & ab illis pridie calendas Sextiles, in æde diui Saturnini (cuius nomen adprime vobis religiosum est) sacerdotem, & probum, & frugi pilæ iactu transuerberatum cognoscetis, & ob id eosdẽ causa cognita prehensos: postea testibus in frontem cõpositis conuictos: postremò damnatos in Capitolio: Senatum hunc appellasse: delato iidem litis instrumento, & consultis causæ symbolis: omissa friuolæ appellationis via: fugam moliti sunt custode carceris occiso, & effractis foribus abierunt nocturni silentij beneficio securi: longo temporis lapsu: mercede conductis, & reconciliatis accusatoribus impetrato tandem personæ bonorum, & famæ postliminio, multorũ illuuies scelerum obtegitur, & in obliuionẽ venit: hæc vobis plusquã nota, & certa denuncio iudices: & mei capitis periculo adfuturos cum instrumentis, & elogiis breui polliceor eos, quos defunctorum necem, & iniuria

riam vindicare necessum est: quod si ita est (nihil profectò certius, neque verius) & incapaces formādæ accusationis, & piaculo, imò fustuario, imò nauticis vinculis dignissimos istos litium sectores iudicabitis. Nemo certè Romulum illum fratricidam (si Malleolum, aut Neronem matricidas): Nemo Milonem (si fortuitas cædes): Nemo Tuberonem [a] *(si Ligariū in Africa contra Cæsarē fuisse postulet) idoneos, vel testes, vel accusatores tolerarit. A duobus rescriptū est imperatoribus* [b]*: denegandā accusatis alios criminādi licentiā, nisi prius sese docuerint absolutos. Vulpianus* [c] *ait, is qui reus factus est purgare se debet, nec ante potest accusare, q̄ fuerit excusatus: nō enim relatione criminum, sed innocētia reus purgetur. Itaque de suis prius delictis ingenuè confiteantur, culpaque deprecationem, & absolutionis codicillos obtineant necesse est: quàm alienas ineptias, fraudes, noxas, & vitia genuino dēte reprehendant: prius ex reis eximantur, quàm odiosam ī reliquos anticategoriā exer*

a Vide orationē Ciceronis pro Ligario.

b in.l.neganda.C. de accus.

c In titu. de publicis iud.ff.

Anticategoria dicitur recriminatio.

ceăt aduersarij: Quos nulla præcedente Christiana monitione, nullo pietatis, aut boni communis, sed diuturnę vindicationis affectu formulam capitis dictasse constat. Quos hisce septem nominibus à iudicio repellendos censebitis: quod infames nequeant accusare: quod pœnæ serui & mortis passi sententiam: quod omnium scelerum architecti: quod inter reos producti sint, & nunquam exempti noxæ: quod publicatis eorum facultatibus, Iro, & Codro pauperiores: quod inimici capitales: quod pretium acceperint accusationis per calumniam instituendæ causa: quod legitimi lapsu temporis excludantur, vti hominem homini insidiari nephas, ita alienum nomen maculis aspergere grande piaculum. accusare autem occidere est fratrem suum: & inter homicidas reponitur accusator ĩprobus, accusatiõis munus famosis ereptum esse, Stephanus Hilario rescripsit [a] & illi placuit, eos omnes infames videri, qui pro aliquo crimine notantur infamia, vt furti, sacrilegij, homicidij, aut vlterius publici maleficii postulatos. Diocletianus ait, in titulo,

Accusare prohibiti.

a 6. q. 1.

tulo, Qui accusare non possunt. Criminis accusationem instituere cum periculo calũniæ (si tibi existimatio integra est) minimè prohiberis, Marcellus[a] *ait, Prohibẽtur accusare alij propter sexum, vt mulier: propter ætatẽ, vt pupillus: alij propter delictũ proprium, vt infames: alij propter turpem quæstum, vt qui nummos acceperint ob non accusandum, vel accusandum: nonnulli propter paupertatem, vt illi qui minus, quàm quinquaginta aureos habent. Horum autẽ omnium personas sustinent aduersarij, quos Narbonensis iudicis censura, necnon capitolinus assessor reos mortis, infames, vita & venia indignos iampridẽ declarauit. Infamiæ notam iudicialis parit sententia: & eadem extra*[b] *territorium proferentis ipsum persequitur reum, quoquo versus tẽdat. hinc à Bartolo non minus aptè, quàm verè dictũ est, Eos qui mortis supplicio fuerunt addicti, quanuis vertant cœlum, & trans mare currant, seruos pœnæ, famosos, nullius contractus, aut testationis capaces remanere,*

a In titulo, de accusat.

b In. c. postulasti. de foro compet. l. qui vltimo, de pœnis. ff.

nec illis prodesse longissimi temporis silentiũ: cuius diuturnitas auget, non eleuat maleficia. Cæterum hisce data opera prætermissis, condonemus (quod sine controuersia falsum est) istos frugi viros esse, probos, nullámque nominis iacturam fecisse: facultatibus idoneos, & bonis, & famæ principali indulgentia restitutos: animo semper in Sableium beneuolo, liberali, & aperto fuisse: obstabit tamen illis prolapsi temporis exceptio. Qui accusare volunt, promptas habere probationes debent, & venire in iudicium parati nullis vsuri procrastinationibus. In quacunque causa[a] *(ait Constantinus) reus aliquis exhibeatur, si noxius sit, confestim puniatur: si contra innocens, celeriter absoluatur. Gratianus eodem in titulo, De his, ait, quos tenet carcer inclusos, id aperta diffinitione sancimus, vt aut conuictos velox pœna subducat: aut liberandos custodia diuturna non maceret. Si accusator moram faciat (ait Alexander*[b]*) à iudice cõstituatur illi tempus idoneũ, cuius lapsu ab accusatione repellitur, damnum subiturus calumniæ.*

a l.1.C. de custodia reo.

b Iu.l.si ea.C.de his qui accus.

Atqui

Atqui nostris hisce, quarta Luna natis, & sale emptis accusatoribus, obstant tria: viginti, & amplius, annorum cursus, Praeuaricationis infamia, & ipsa Tergiuersatio: quae tria & iniustas, & vitiosas reddũt accusationes. In causis pecuniariis, testimonio Pauli[a], dilatio plusquam semel tribui nõ potest, quas triennio finiri Iustinianus imperauit[b]: ita & in capitalibus iudiciis biennij terminus, tum à Iustiniano, tum ab aliis tribus Romanis imperatoribus praestitutus est: à quibus prodiit ille trium legum titulus, Vt intra certum tempus questio criminalis terminetur. Atqui Sableio, vt homicidae capitalis dictata est Cadurci formula, anno. 15. supra millesimum & quingentesimũ: isthic enim lite contestata prolatis nequicquam testibus, inopia probationum victi, suaque conscij calumniae desistunt accusatores, iidémq; Turpiliani pœnas euasuri, generalem à principe venantur abolitionem: à quo passi repulsam, discedunt exules: trinundino citantur praeconio: in absentes calumniae reos

a In. l. fin. ff. de feriis.

b Iu. l. penerãdum.

Turpilianum Senatusconsultum.

Trinũdinũ edictũ

*profertur edictum: absoluitur Sableius: absolutus hodie post centessimas * calendas, ex integro ab eisdem, & ob eadē, vestro in hoc auditorio reus agitur, cōtra vniuersas æqui & boni artes, cōtra pōtificias, Imperiales, regias sanctiones: contra receptum illud concilij Maguntini decretum, De his (inquit) criminibus, de quibus absolutus est accusatus, non potest accusatio replicari: ne de vnius hominis delicto sæpius quæratur: ne crimina semel, vel dimissa, vel punita, veniāt iterum in vltionē. Bona fides non patitur, vt bis idē accusetur. Odiosæ sunt accusationes, benignæ autem absolutiones. Verum enimuero ne planè nobis assentari, aut placere, vitęque totius innocentiam persuadere velle videamur, fingamus isthæc, quæ inuruntur scelera, plusquam scelesta, Sableiū admisisse: fingamus eundem homicidij cōuictum, & minimè absolutum: fingamus tandem aduersariis, neque temporis, neque tergiuersationis, aut infamiæ, vel criminum exceptiones obesse: inter nos conueniat, & in causa pro confesso*

* .i. centū menses.

c. De his. de accus.

pro cõfeſſo maneat: crimina vndecunque in lucem prodierint animaduertenda eſſe: fateamur homicidium, ſed ſine conſilio, ſine dolo, ſine libera voluntate factum: nam in delictis puniendis illa tria ſpectari ſolent, conſilium, dolus, & actio. Qui percuſſerit hominem volens occidere, illi mortem lex diuina minatur. Si quis per induſtriam occiderit proximum ſuum, & per inſidias, ab altari meo diuelles eum, vt morte moriatur. Induſtria igitur, & inſidiæ ad homicidij exigendam pœnam requiruntur. Cogitationis pœnam nemo patitur, dolus adeſſe verus debet: neque lata culpa[a] ſufficit, quę dolo in ſceleribus caſtigandis non æquiparatur. Alia lege ſancitum eſt, Si quis ferro percuſſerit, & mortuus fuerit, aggreſſor qui percuſſus eſt, reus erit homicidij, & nõ percuſſor: Qui gladio percutit (inquis) gladio pereat. atqui is dicitur gladio percutere, qui[b] priuatus contempta ſuperioris autoritate, & vindictæ cupidus, in fraternum ſanguinem irrumpit: alioqui ſuggillandus eſſet gentium

c. iudicantem.

Exod. 21.

c. 1. de homicidio.

a l. lege. de sica. ff.

Num. 25.

b In. c. ille gladiũ. 23. q. 4.

Abraham *pater Abrahamus, qui filiũ Isaac manu & gladio perimere voluit: esset accusandus Dauid, qui Goliath funda ꝓstratum, alieno iugulauit gladio: nec foret immunis ab homicidio Gedeõ, & reliqui fratres, quorũ manu & armis innumeræ Philistinorũ legiones cõtritæ sunt: homicidæ vocarentur Moses, Iosue, Phinees, & sexcenta hoĩm millia, quorũ viribus, & ferro consumpti Syriæ, Palestinæ, Aegypti, Cananeæ, & reges & populi accubuerunt: nec esset à scelere vacua Thomiris Scytharũ regina, cuius astu ducẽta Persarũ millia cũ ipso Cyro rege, nullo tãtæ cladis superstite nuncio perierũt, homicidę vocarẽtur. Alexãder Darij, imò totius orientis victor: Menelaus, Agamẽnon, Achilles: Pyrrhus quoq; Alexãdro, nõ longe inferior, qui multas Romanis[a] in Italia, Pœnis in Sicilia[b], Græcis in Macedonia[c] clades inflixit: Themistocles mari, Milciades terra, Persarum vicissim domitor. Agesila᷒, Pausanias, Trasibulus, Epaminũdas, Thebanus, Leonidas, Lacedæmonius, qui maluit apud Termopilas ꝓ suis ciuibus mori, quàm totius Græciæ*

Dauid. Gedeon. Macabæi Pyrrhus. a Pro Tarentinis b Vocat᷒ à Siculis. c Expulso rege antiguno Vide Plutarchũ & Iustinum.

fieri monarcha, furius Camillus, Annibal, Scipiones, Aemilij, Horatius Cocles, Cæsares, necnõ illi quos superstitiosa vetustas in Deos retulit, Hercules Euristei stipēdiarius, Iasõ aurei velleris prædo, Romulus, Vexores, Belus Assyrius, Codrus Atheniẽsis, diuus Ludouicus, Carolus Martellus, qui Sueuos, Alemãnos, Bauaros, Saracenos, in Aquitania ab Eudone duce vocatos, profligauit, cæsis ex eorũ exercitu 385. millib⁹: Carolus magnus, Clodoueus, & Theodericus filius, Arcturus Britãnus, & id genus plurimi reges, populi, nationes, non victores, sed homicidæ, & prædones essent dicendi: quos tamen non in pœnas, sed in gloriã ferro partam vocari: quos immortales heroas, & Deos appellari, magnificisque & insignibus titulis commendari videmus. Itaque habeant aduersarii (quod nullo probari modo potest) reum confitentem, omisso sordidæ inficiationis præsidio, inter nouem probationis species, nulla confessione prior, nulla clarior, nulla iudicib⁹ acceptior. Oc-

Nouẽ probationis species.

Cõfessio.

a Translatio criminis.

cidit[a] *igitur Sableius Dulcium non abiurat, imo fatetur, sed sine dolo & iuris autoritate violentum aggressorem coactus peremit. Qui legis imperio peccat, à crimine liberi censentur. Matrē Clitemnestrā Orestes filius interfecit, in iudicium vocatus, beneficium meruit absolutionis: quia illa patrem vita priuandum curauerat. Manlius (qui Torquatus dictus est) Gallo equite ad singularem pugnam prouocante interfecto, & ademptis armis, nō homicidij, sed fortitudinis titulum reportauit. Nonne Valerius Coruinus, Nonne Quintus Cottius ob prouocantes hostium duces à se occisos, & spoliatos: nonne Romulus ob Acronis Cecinensium regis ad dimicandum lacessentis sua manu trucidati, spolia Ioui Feretrio consecrata impense commendantur. cuius imitator Cornelius Cossus, equitū magister, ducem Fidenatium in aciem progressum, transfixisse, non agitur reus: sed immēsis, & laudibus, & trophæis iudicatur dignus. Legitima fretus autoritate, iuris vtriusque*

Orestes matricioa fuit absolutus.

que

que, & diuini, & humani tutus imperio, moribus patriis, sanctionibus regiis instructus Sableius præclari facinoris præmiũ opimũ, tanquã tyrannicida petiturus, ad vos sciens & volens accessit, rei gestæ seriem in actis editurus, quæ talis est:

Pridie calendas Apriles, anno XV. supra millesimum, & quingentesimũ, Lugduni rege suorum centurias equitum recognoscente, Dulcius Vasco terræ filius, fraterculus ille Gygantum è quercu prognatus, sine re, & sine nomine gregarius, & manipularius tyro, extra periculum ferox, militum cõmentariis precario, & recens adscriptus, vt nouitatis suæ fuliginẽ, & obscuritatis tenebras abstergeret aliquo insigni, & audaci facinore, Sableiũ castrensi gloria apud omnes militũ ordines adprimè celebrẽ, priuatim & publicè ad certamen impudẽs, & despectim, prouocat, multorũ in præsentia virorũ nobiliũ, apud quos singularis pugnæ detrectatio est index animi pusilli, imbecillis, & angusti significatio: cuius autẽ acceptatio est iure Rei gestę series.

*tum Romano, tum pontificiis, & Francicis decretis interdicta: Omnibus locis oppidatim, imò etiam domesticatim ignominia, & maledictis laceratus Sableius: dubius animine modestia, & patiens virtus in conscientiã duceretur, officioso * dolore motus iterpellat regem, sibi impunè vt liceat oblatũ certamen inire sui, & nominis, & honoris tuendi causa: suam fidem, & gloriam apud æquales passim labefactari conqueritur: ideo gratiã legis sibi fieri postulat, & edicto solui monomachiam prohibente: ius singularis eidem certaminis denegatur, pœna mortis, & fortunarum indicta: nam vt scitis, apud Gallos in more positum est, vt in obiectis alicui criminibus, non castrensis, & armata, sed forensis probatio requiratur: nisi in læsæ maiestatis actione: Repulsam à rege passus, per aliquot dies publico abstinet idem Sableius, & aula: foro & curia dimissis euitandæ coæqualium offensionis causa sese de medio subduxit: Ob id probris plusquã virulentis, & dicacibus iocis diuexatur: victus, meticulosus,*

Singularis pugna dicitur duellum.

* Officiosus dolor, id est, iustus & probabilis.

losus, Pysandro timidior, vmbram suam reformidans, animique nullius, & parum virilis eques vulgò iactatur, odis & famosis cantilenis in eam rem confictis: quibus contumeliis fortiter, imò Pancraticè, & cum silentio atq; singulari amnestia deuoratis in eodem constantis animi habitu permanens victis affectibus superior, vt daret locum iræ, & de suo iure nonnihil decederet, noxæ & indictæ pœnæ timẽs euentũ, statuit rusticari pauxillũ: solus, & otiosus cũ musis rediturus in gratiã intermissis. Abitionis in prædiũ Sableianæ factus certior Dulcius, impatiẽs irę, & mordace victus inuidia numeroso, & quadrato satellite stipatus, ex insidiis sub noctẽ, in diuerticulo cliuoso, & lubrico laruatus, & implacabilis iuxta Biterrim occurrit Sableio, & eius familiæ, nihil tale cogitanti, validóq; clamore prior cominus cæsim, & pũctim instat: vtrinq; ad arma cõcurritur, è latebris erũpũt satellites, dissectis aurib⁹ insignes, fit ibi cædes ĩgẽs in via militari, occisis trib⁹ Sableij comitibus: in laqueos lupus ĩci-

Vtri patiẽtis descriptio.

dit: nam sauciatur tandem, & iste Dulcius, irarum, & furoris plenus Catilinæ instar, caditq; exanimis. Quarto nonas Octobres Scarabeus aquila inuenta moritur: post cuius decessum cū illius liberis, & inter illius domesticos, rei gestæ non imprudentes, liberè & tuto versatur, nullius culpæ cōscius, à nullo in criminis suspicionem vocatur: post aliquot menses ab istis litium concinnatoribus (quos sequestres emissarios, & iudiciorum mancipes Tullius vocat) precio ad faciendū negocium conductis, qui nec suam, nec suorū iniuriam persequuntur, capitalis dica huic Sableio impingitur Cadurci, vbi præsidiarius miles erat: ad diem dictam adest Sableius, & vltrò prorogata iurisdictione præsens vadimonium promittit: delegātur assessores duo, ab illis tetricè & seuerè quater interrogatur: idem quater interrogatus conceptis verbis negat, refellit, & expugnat obiecta maleficia: sistuntur testes capite censi, & alternatim conferuntur: recognitis & inspectis testium elogiis, & anacrisi demum

plenius

plenius facta ampliatur fide sua, & compe-rendinatur reus: & noxæ, & de reis exẽptus libero cõmeatu dimittit. Hæc est verißima totius negotij facies. Nugæ sunt, inquiũt aduersarii. Minimè verò salutares, cereásque tabellas in manibus habemus: recitentur, nisi molestum sit.

Tabellæ, Ex his apographis legitimè recognitis, & calũniæ, & improbæ tergiuersationis veritas emergit: ex his datur intelligi, quo studio, quib⁹ technis, quibus imposturis isti chironomi veniant ad suggillandam viri boni famam. Vestri muneris est, iudices amplißimi, ad hæc totis viribus incũbere, & certatim eniti, vt ex hominum catalogo tollatur id genus improbitatis. Reuocetur in vsum lex illa Ræmia, quæ calũniatores similitudine supplicii plectit: vsurpetur edictum regium aduersus testes, tabelliones, delatores falsos, nostris tẽporibus promulgatum. Sed hinc digreßi, ad ea quæ in aures iudicũ insusurrant, iidem litium sectores, respõsum demus: Dulcius (aiunt) manu, & gladio Sa-

bleii cecidit. Poteſt ingenuè negari: nam in ipſo tumultuario, & inopinato cōflictu ſua fortaſsis manu, inſtar Aiacis illius Græcorū ducis: vel à ſuis per imprudentiā, vt Athis Crœſi regis filius, enſe, vel dolone, in rixa traiectus obiit: aut mortē vitæ tędio, vel ſcelerū cōſcientia victus, ſibi cōſciuit, vt Domitius Nero, vt Brēnus Senonū dux, vt Galbæ ſucceſſor Otto Saluius, vt Florianus Taciti frater, qui Romæ 60. diebus īperauit, vt Marcus Antonius, Dolobella Cepio, Diocletianus, Dinocrates, Critolaus, Nicias, Pontius Pilatus, Charōdas Tyrius, & innumeri, qui ſua manu voluntariā oppetierunt mortē. Diuinatrice cōiectura nemo dānatur: ſolidas, & ſole clariores ꝓbationes accuſator proferre debet, alioqui ſiue in publicis, ſiue ī priuatis iudiciis, ſi nō cōſtet de iure petitoris, defenſor abſoluitur. Nulla cōiecturis, vel indiciis, niſi violentis, adhibetur fides: imò nec ipſis confeſsionibus, niſi quędā euidentia criminis in lucē prodeat. Inficiationis præſidio tutus eſſe poſſet Sableius: ſed autore ſe, ī dubio

bio ſcilicet vitæ diſcrimine factũ homicidiũ, planè neceſſarium, fateri mauult, quã emẽdicatis, vel conductis teſtibus, & rei conſcientia diſtorqueri diutius. Viro nobili & ingenuo optabilius eſt mori, quàm dolo mentiri. Suũ itaque Sableius aggreſſorem armis, furore, latronibus multis inſtructum, ad cædẽ diu cõceptam paratum, Archipiratã Aenobarbo Turca, Scyni Corinthio, Phalaride, Spartiato, aut Barraba Iudæo inſigniorem, trucidaſſe cõfitetur: cuius vita multorũ erat iuuenum corruptio, ruina, pernicies: cuius præſentia ciuilis erat diſcordiæ, necnon turbulẽtæ ſeditiõis origo, & quaſi ſeminariũ totius inquietudinis: cuius interitus, publicæ tranquillitatis, & optatæ ſecuritatis ſtatim fuit initium: cuius mactatio facta eſt placabilis Deo victima: cuius familia ſeruorũ ciuitas erat: cuius nomen lõge à moribus diuerſum erat: is Dulcius vocabatur, quaſi minimè dulcis, imò truculentus, & ferox, vultu, et totius corporis habitu: cui dulce, feſtiuũ, amabile, & in deliciis erat, vicinos et ĩbelles vil-

licos concutere, iuuentutem bene institutam corrumpere luxu, scortis, alea, Dionysiacis & indecoris saltationibus, talis, pila, latrunculis, tesseris, fritillo, cum pudendis hominibus totos & dies, & noctes sine linea traducere: innocentes opprimere, scelestos, pestilentes, & prodigiosa scelerum coluuie notatos, ganeones, feriatorum, & inertium choros, circulatores ludios, verberones, manticularios, lurcones, comessatores, æsopos, & apitios, omnis luxus, libidinis, & temulentiæ architectos in suum recipere soladitium, tueri, & fouere: cui factiones, rixas, tumultus, contentiones gratis excitare: viros bonos, & graues, maxime togati ordinis, aut palliati, risu, sibillis, aut acutis salibus excipere: viles, obscuros, inutiles, samiorũ flores, in pretio habere, moris erat: cui vitia virtutes, cui nigra candidum, cui iustitia, crudelitas, cui temeritas, audacia, cui fortitudo confidentia, cui furtum abigeatus, rapina industriæ vires habebat. Pudet, & graue est pluribus verbis apud vos vti iudices in arcãhitectda, & ad uiuum effigienda

Viri inutilis descriptio.

gienda

gienda nefarij lurconis vita, in moribus aptius exprimendis, in viuacis (si diis placet) ingenij dexteritate referenda. Si longius æquo nostra diuagetur oratio: vt boni consulatis, præcatur magnopere Sableius, *Aqueus (quem honoris gratia nomino) fisci cognitor, & doctrina, & vocis artificio potens, spuria sesquilibrium testium sequutus elogia vobis pronuntiauit iudices ex litis instrumento, & ex actis probari,* D*ulcium aggressorē fuisse:* Sableiū *vero defensorem: sed delicatum, & quasi voluntarium aggressoris homicidam: vt qui eripere sese, & fugiens subducere sine graui suo periculo, & à cæde proximi tēperare potuisset.* I*stud illi pro reuerentia viri & officij concedatur: hæc duo inter nos conueniant: occisum fuisse* D*ulcium, occisorem* S*ableium aggressorē fuisse* D*ulcium, defensorē,* S*ableiū:* Sola *defensionis qualitas in cōtrouersiam trahitur: necessaria fuerit illa, an voluntaria, néene, quæstionis est. Cuius decisio à solis est coniecturis petenda: quibus ad supplicium rapi, aut destinari quempiam* V*ulpianus ven-*

de Aygua

a in.l.absentem. *tat*[a]. *sed nec de suspitionibus deberi aliquem*
de pœnis *damnari,diuus* Traianus A*ufidio seuero re-*
Oculatæ, *scripsit.*O*culatæ debent esse,non auritæ(quas*
Auritæ, Eburneæ, *eburneas* Poe*tæ dicunt)probationes:in iudiciis*
Corneæ, Probationes. *maxime capitalibus,in quibus de vita, de fama sua,& suorum,de statu personæ,de fortunis omnibus decernitur irreuocabili suffragio, & arbitrio: in quibus seueritatis,aut clementiæ gloriam* M*arcellus aucupari,& affectare*
b in.l.respiciendũ. *iudices prohibet*[b] *quos perpenso iudicio ad pœnas sceleribus infligendas,quasi ad sacrificiũ, lento,quidem gradu procedere prætium est operæ,nam& ipse* D*eus optimus ter maximus, vt nos à præcipitandis,& festine proferendis*
c 2.q.1. *decretis compesceret,* D*escendã(ait)*[c] *& videbo,vtrum clamorem (qui venit ad me) opere compleuerint* S*odomitæ,*T*ametsi nuda,& aperta diuinis essent oculis nefanda istorum, inuersa, & præpostera maleficia:iudicati tamẽ non sunt per auditũ, in rẽ presentem ventum est,vt constantior videretur probatio.In*
d Nos in quẽquam. 2.q.1. *quẽpiam,ait diuus*[d] *ille* A*urelius,ferre sententiam minime possumus,nisi vel in conuictũ*

vel

vel in confessum reum. Iudex, *ait* Constantinus [a] *crimina discutiens, non ante proferat sententiam, quam reum se quis aut confiteatur, aut per innocentes testes conuincatur.* Nihil *(ait ille* [b]*) contra quemlibet accusatũ absque legitimo & idoneo accusatore fiat nam & vnicus nostræ salutis artifex* Christus, Iudam *loculis præfectum, sciebat esse furem & proditorem: sed quia nullus apparebat accusator, à sua non eiecit familia.* Nam *siue facta, siue dicta, aut consilia, vt conspirationes, in supplicium vocẽtur, tres ante omnia personæ adsint: actor, reus, & iudex:* Septémque *illa modis cõsideranda iubet* Claudianus: *causa, persona, loco, tempore, qualitate, quantitate, euentu.* Nulla *in* Dulcio *inuadendi* Sableium, & *eius machinandæ mortis causa reperitur: contrà* Sableius *iustam repellendi aggressoris causam habuisse videtur: quia vim vi repellere, se, & suos tueri, alienæ cædis anhelantem occidere permissum est.* Si *vtriusque, & aggressoris, & defensoris persona spectetur,* Dulcius *homo homini lu-*

a In.l.qui sententiã. de pœnis. Cod.

b Eleutherius papa 2.q.1.

In.l. aut facta. de pœnis.

A septem circunstãtiis.

A persona

pus, nequã, & asotus, imò bipedum nequissimus, omnium scelerum lerna, tenedius tibicen, malorum Cyrbes, ex saxis prognatus (vt aiunt) omni facinorum genere contaminatus: summo caput digitulo scalpere, vita frui macerata, Græcari, & Corinthiari solitus. Idem vt prima vitæ rudimenta non ignoretis, alutarius, propola, friuolarius, grytopola, primùm fuit, deinde bonis alea, & mollitie decoctis, vespillo, polinctor, atratus, & feralis Luteciæ præco factus, cœpit habere vocem in quæstu loco tubæ: postremo binubus stigmaticam traductionem (quæ catamidiatio dicitur) vicatim præsidis ecclesiastici decreto passus, & exulare coactus lixa, clitellarius, & tandem creopola castrensis, postea miles cepit esse ante tubam pauitare solitus, extra periculum, & procul ab hoste, & in vmbratili pugna ferox, sordidus, & adeo auarus, vt vel à mortuis, & ex lotio vectigal exigeret, tribus ante mortem diebus penuria meliorum apparuit tragicus centurio, & pomarius hercules, Sableius contrà,

Viri æffœminati descriptio.

Vide Chiliades erasmi.

homo

homo hominis Deus, ex improuiso apparẽs, multis dignus euangeliis, macte virtutis exemplar, imò omnibus virtutum numeris absolutus, vir extra omnem reprehensionis aleam, antiqua natus familia, regij ordinis, torquat⁹ duplaris, & cochleatus eques martis pullus. In seriis laboribus, & ærumnis Theseus, alter Hercules alexicacos, in otiosis Cleantes, semper abstemius, & adeo sobrius vixit, vt Socratis instar, valetudinis hactenus fuerit inoffensæ: illo contentus cibo, qui ad repellendam famem, & vires corporis sufficeret, Periclis Atheniensis exemplo semper à conuiuiorum apparatibus abhorruit ciborum elegantiam, velut ignauiæ irritamẽta auersatus, semper secundæ mensæ cibis, & bellaris abstinuit victu nautico, & annona ciuili solitus vti plerunque. Ita tamen, vt neque Diogenes illi, nec Apitius placuerit. Hæc de persona satis dicta, nam huic nihil opus tibicine, qui suis egregie factis satis illustris. Si locus illatæ cædis consideretur, omnis ab eodẽ Sableio aberit culpa,*

viri studiosi descriptio.

*.i. hoĩm defensor, & malorũ depulsor.

A loco.

imò leuiſsimæ etiam culpæ, & doli ſuſpicio procul erit. Cur ita, forſitan dubitatis: nempe deſertus, opacus, profundo lacui contiguus, & Dulcianis prædiis finitimus erat locus: in quo nec citra regredi, nec vltra, ſiniſtrorſum, aut dextrorſum progredi licuit: aut cadendum aggreſſoris gladio, aut aperienda ferro via fuit: veſtris quæſo ſubiiciatur oculis idem locus: in rem præſentem vnus veſtrum mittatur legatus, ſi litis ratio poſtulet: porrò ad iniquitatem loci accedebat nocturni temporis occaſio, tenebræ pluſquam Cimmeriȩ, ingens pluuia grandine miſta, inſtrumentorũ ad hæc qualitas: Dulcianis etenim, vt præmeditatis, aderant vmbones, loricæ, pharetræ, galea, ancile, pelta, thorax, ocreæ, caſsides, claua, bipẽnis, lingula, catapulta, pugiones, ſpara, geſſa, tridens, iacula, ſcorpius, venabulum, ſclopi, lanceæ, harpagines, baliſtæ, arietes, vinea, clipei, ſatellitum manus ingens, & numerus hominum cohorte, aut turma non inferior: quæ omnia ſimul vnum

num iuuabant Dulcium non improuisum: vni obstabant Sableio tristi, de via languenti, solitario, inermi, contra plures armatos iugulum petentes occupato. Diuinæ mediusfidius pietati, & clementiæ (quæ nihil frustra, vel agit, vel permittit) tribuendum nemo dubitarit, qui præter loci, & temporis elaboratas opportunitates, Dulcianam ferociam, minas, furores, impetus sicariorum alienæ cædis cupientium ad animum reuocarit. Sed iustus Deus (qui suos extremis in rebus nequaquam destituit) summis, & irrequietis laudibus est adeundus: Est igitur, inquiunt, aduersarij à Sableio patratum homicidium: est igitur homicida Sableius confessione sua, non est confessi causa tuenda rei: quod fecit expectet: Qui gladio percutit, gladio pereat: In eum, vt sicarium, Corneliæ legis actio exercenda: pœna vnius sit multorum metus, suúmque sequatur autorem: sacrilegos, & homicidas occidere, sacrificium est superis acce-

Obiectio

Ouidius.

ptissimum: pœna talionis in vsum reuocetur. Quæ de se mala sunt, vt mētiri, adulterari, necare, furari, nullas patiuntur excusationes: maleficia semper in sinistram partem interpretanda, nullas deprecationes admit-

Respōsio. *tunt. Hæc planè, & absurda, & à vero perquàm remota esse declarāt, & antiquæ, & hodiernæ principum sanctiones, quibus cauetur, necessaria esse duo, vt legi Corneliæ de Sicariis locus adsit: dolum, & doli conscientiam. Nam in pœnis sequimur quod est minimum, in dubiis, in odiosis, in maleficiis,*

Recriminatio. *in accusationibus, fauetur reo magis, quàm actori, occissus est dulcius, sed vt latro, vt aggressor, vt homicida voluntarius. Occissus inquam, vt morte, & cruce dignissimus: præter tamen, & citra consilium Sableij,*

*l.1.§. diuus.de sica.ff. *Diuus Adrianus*, teste Martiano, rescripsit eum, qui hominem occiderit, si non occidendi animo hoc ad miserit, absolui posse: & leniendam esse pœnam eius, qui in rixa casu potius, quàm voluntate homicidium fecerit. Capitalem fraudem admitti,*

Vlpianus

Vlpianus ait, quæ dolo malo, & per nequitiam committatur. vnde Pomponius [a] *negat impuberes, aut furiosos capitalis fraudis capaces. Modestinus* [b] *ait in titulo de Sicariis: Infans, vel furiosus, si hominem occiderit, lege Cornelia non tenetur: cum alterum innocentia consilij tueatur, alterum fati infelicitas excuset: Imperator* [c] *Antoninus ad milites homicidium fratris, & commilitonis deprecātes rescripsit hisce verbis: Frater vester rectius fecerit, si se præsidi prouinciæ obtulerit: qui si probauerit, nō occidendi animo hominem à se percussum, remissa homicidij pœna secundum disciplinam militarem sententiám proferet. Crimen enim contrahitur si & voluntas nocendi intercedat: Cæterum ea quæ ex improuiso, casu potius, quàm fraude accidunt, fato plerunque non noxæ imputantur. Gordianus Imperator ait,* [d] *Is qui aggreßorem, vel quencunque alium in dubio vitæ discrimine constitùtus occiderit, nullam ob id factum calumniā metuere debet. Si quis* [e] *percussorem ad se venientem*

a In.l. cū auté. §. ex cipitur. de ædil. edicto.

b In.l. infás. de fica.

c in.l.1.C. de fica.

d ī titulo de fica. C.

e Alia lege cauetur.

gladio repulerit, non vt homicida tenetur: quia defensor propriæ salutis in nullo peccasse videtur. Apud Callistratū[a] *in maleficiis volũtas spectatur, nõ exitus: & vt Marcello*[b] *placet, delinquunt homines tribus modis: proposito, vt latrones: impetu, vt ebrij: casu, vt venatores, qui telo in feram misso, hominem interficiunt, Vlpiano*[c] *teste. & in maioribus, ne dum in minoribus delictis plurimum refert consultò aliquid admittatur, an casu. Et sanè (ait ille) in omnibus criminibus distinctio hæc pœnam, aut iustã eligere debet, aut temperamentum admittere. Non pudeat oratoris Romani verba ad rem facientia proferre: Sed in omni iniustitia (ait ille) permultum interest, vtrum perturbatione aliqua animi, quæ plerunque breuis est, & ad tempus: an consultò & cogitato fiat iniuria. Leuiora enim sũt ea, quæ repentino aliquo motu accidunt, quàm ea, quæ meditata, & præparata inferuntur: cui & Caius, & Martianus multis in*[d] *locis accedũt, & præsertim in titulo de incẽdio, ruina,*

a ĩ.l. diu'. de sicar.

b in.l. respiciẽdũ. de pœnis

c in.l. absentẽ. de pœnis

Cice. lib. 1. offic.

d ĩ.l. si ædes. & ĩ.l. si fortuito. ff. de incendio.

ruina, naufragio. Quorum vterq; in maleficiis castigandis sedulo spectari iubet, scientia, dolo, negligentia, casúve quicquā sit admissum Lex Cornelia de Sicariis (fateor) vltore gladio persequitur homicidas: sed eos duntaxat, qui voluntariæ cædis autores fuerunt: non eos, qui vel ob necessariam corporis tutelam, vel ob euitandam pusilli animi, & parum virilis opinionem, prius lacessiti iniuria, aut permissu legis deliquerunt. Grachum in adulterio noctū deprehensum Mumius maritus interfecit: hunc eundem noxæ & pœnæ eximendum Imperator Alexander [a] pronuntiauit, ob iusti doloris impatiētiam. Apud Papinianum [b] multis Impetorum rescriptis probatur, marito vxorem adulterā interficienti, vltimum remitti supplicium. Apud Pomponium [c], patri ius datur occidendi adulterum simul cum filia. Grassatores itinerum, famosos latrones, nocturnos agrorum depopulatores, transfugas militiæque desertores, passim impunè, & à priuato trucidari posse, tribus placuit im-

Lex Cornelia.

a i. l. Grachus. C. de adult.

b l. si adulterium cum incestu. §. imperatores. ff. de adult.

c l. patri. eodem.

peratoribus, in titulo, Quando liceat vnicuique sine iudice se vindicare. Placuit & Constantino [a] *cædis euẽtus ex parte inuasoris, & non defensoris, suã tuentis possessionem metiẽdos esse: nam qui dat occasionem damni, videtur dedisse dãnum: & nihil interesse Vlpianus* [b] *ait, occidat quis alium, an mortis suæ vel alienæ causam præbeat. Ex his apertè reuincitur, nõ omnes homicidas lege Cornelia teneri: quæ volũtarias tãtum cædes, nõ fortuitas, aut necessarias persequitur. Crœsus regum ditissimus Athim filium, imperij successioni destinatũ, ab eo, cui tutelam mandauerat, fatali lancea in aprum detorta consumptum vidit: & occisori propter imprudentiã pepercit. Nocturnos fures quoquo modo, diurnos si se telo defendant, Lex interfici sinit: nocturna igitur in furibus quasi necessaria, excusantur homicidia. Si quis in bello suos hostes confoderit, non homicidia, sed strenuus pugnator dicetur. Nemo Tomyrim Scytharum reginam, quòd Asiæ domitorem Cyrum cum ducen-*

a l. quoniam multa facinora. C. de vi publica vel priuata.

b l. nihil interest. de sicar.

Illatio.

Crœsus. Athys. Valesius lib. 1.

Ab exemplis ꝓbat.

ducentis Persarum millibus fame, & ferro cõsumpserit: nemo Timoleontem Corinthium, qui multos tyrannos exilio, & morte damnauit: nemo Clodoueum Francum, qui Alemannos domuit, Gotthosque in campis Catalaunicis prope Tholosam profligatos Gallia expulit: nemo Gedeonẽ Hebræorum iudicem, qui vltra quatuor Madianitarum reges centum viginti hominum millia apud Iordanem interfecit: nemo Arbacem Medorum præfectum, cuius opera Sardanapalus Assyriorum rex nouissimus constructa pyra in flammas multarum libidinum vltrices sese cum suis, & thesauris, & pellicibus coniecit: nemo Scipionem Nasicam, ob Gracchos interemptos: nemo Brutum & Cassium, ob Iulium Cæsarem sua manu peremptum: nemo Leonidã Spartanum, tamensi multos in Thermopylarum angustiis gladio consumpsit, homicidas iudicarit. Quis tam mentis inops, qui Dauid regem, Sãsonem, Iosue, Mosen, Iudæos, Cynegirum, Melciadem, Themistoclem, Mã-

tineam Otryadem Græcos, Scipiones Fabios, Decios, Coclites, Scæuolas, Horatios, Trigeminos, Cæsares, legis Corneliæ vinculis alligatos censuerit. Quibus, in omnibus passim historiis titulum immortalis gloriæ, & fortitudinis heroicæ merito videmus attribui. Quem eidem Sableio deberi nemo in dubium reuocarit, nisi qui necessarias cædes & voluntarias, citra delectum, & confusas habuerit. Porrò ad reliqua superioris sectionis membra connexim digrediamur necesse est: duorúmq; iudicum sententias gradatim latas, nullas, ineptas, iniquas esse doceamus. Est modus in rebus, sunt certi denique fines, inquit [a] *ille, Quos vltra citráque nequit cõsistere iudex. Omissio formę, vel ordinis, iudicia corrumpit, & eneruat: imò præposterus ordo sententiam ipso iure nullã facit, vt Alexandro* [b] *placuit: Prolatam (ait ille) à iudice sententiam contra solitum iudiciorum ordinem, certum est rei iudicatæ autoritatem nõ obtinere. Ordinis autem iudiciarij partes sunt, vt siue status, siue rerum quæstio*

a Horati⁹

b in.l.pro latum.

quæstio in controuersiā veniat, Primùm offeratur libellus reo, & iudici, litis mox contestatio fiat: iuretur subinde de calumnia in priuatis disceptationibus: At in publicis inscriptio statim adsit, & vadimoniū nō differatur, legis postea sequatur actio: Si testib⁹, aut testimoniis res agatur, illis aduersus inficiantē properè reuocatis: aut cōuictus, aut fidiculis cōuincendus reus (si crimen postulet) declarari: Sententia postremò, non in diem, neq; sub mòdo, vel conditione, sed pura, certa, iusta, in scriptis, in loco maiorum, causa prius cognita, publicè, & vocaliter, ꝑ ipsum sedentē iudicem ex breuiculo recitari solet. Quæ omnia cùm in hac causa desint, momēti esse nullius, illorum præiudicia iudicū ex actis liquidò constat: in quibus non libellus modò, sed nec citatio, nec testes, nisi domestici iidémque iniurati in absentia iudicis cōfusim atque decuriatim tumultuariè auditi reperiuntur: sententia ante constitutum causæ inficialis statū, non lecto litis instrumēto, intra priuatos parietes, extra territorium,

Ordo iudiciarius.

Vide titulos libri 7. Codicis Iust.

Exceptio nullitatis.

sine scriptis, citra tabellionis: aut actuarii praesentiam, à iudice vicatim deambulante, noctu prolata antequam scripta, eadémque raptim exequutioni mandari iussa est: decem dierum lapsu non expectato: Dispeream *iudices, & vestro in conspectu diem defungar extremũ, nisi ita res habeat: appellationis cognitor prioris socer, audito solius accusatoris aduocato, & absente fisco non recipiendam pronuntiat appellationem:* Ad *vos sacrosanctos iuris antistites, velut ad iustitiae, &* Themidis *oracula properè decurrit* Sableius *sola conscientiae fiducia instructus. haec est totius litis summa, quae vestris extremam manum decretis habitura est, ex ea verissime relata intelligitis causae genus, iudicialis controuersiae tractus, ambages, circuitu, venalesq; iudicum (qui ex eodem ore calidum promunt, & frigidum, ex eisdem literis comoediam agunt, & tragoediam, ex culice faciunt saepenumero elephãtum) imposturas, tetricam, & praeduram austeritatem, graue supercillium, praeuaricationes, capturas, aucupia sordes, procrastinationes*

nes varias cognoscitis: miserã postremò reorum conditionem aduersus, quos vtinam æquissimæ Constantini principis sanctiones duæ suam vim hodie retinerent: quarum alteram [a] in titulo, de pœnis. alteram in lege prima, de custodia reorum. frustra legi, & scripto tenus obseruari nemo non videt. Si temporis ratio, vestrarúmque aurium patiẽtia longioris argumenta defensionis admitteret, amplioribus respõsis vteremur iudices summi, & integerrimi: atqui vobis illaborato dicendi caractere in hisce æstuantis caniculæ diebus importunum tædium afferre veremur: ad primæ tamen nobis molestum non potest non esse, ad singula, quæ clienti nostro impinguntur, crimina non responderc: cui sine die, sine consule, & generatim obiicitur raptus virginis ĩcertæ, & quæ nusquam gentiũ apparuit: peculatus adhęc, & seditio: in quibus refellẽdis, verbosa vti præfatione nõ est opus: Libellus [b] siquidem accusatorius nisi diem, triúmque nomen personarum, delictum, speciémque delicti, & lo-

[a] l. qui sẽtentiá. C.

[b] L. libellorum.

cùm contineat, vt ineptus, vt incertus, vt generalis, & confusus à iudice laceratur. Plusquam ridiculum videri debet, quempiam raptus arguere, nisi & persona, & raptæ conquerentis nomen appareat. calumnia est seditionis insectari, nisi locus, & tempus exprimatur. Christus à Iudæis in genere seductor populi, legis antiquæ, & sabbati violator, paternarum traditionum neglector: at in eum speciatim dictum fuit nihil. Ita & Sableius plurium reus criminum generatim, & incertis nominibus habetur, Militiæ desertor appellatur suppresso loci, temporis, ducis nomine. Cæterum quasi facta fide victus damnatur: suum in acie ducem malo exemplo, & verbis, & gladiis minacibus lacessiuisse: offensi ductoris nomen, locus, tempusque iniuriæ conticetur. Sub tribus meruit imperatoribus, Bayardo Delphinate, Chabano Pallisio, Monteiano Britone nuper defunctis: qui per gloriã viuere intelliguntur: horum nemo (quoad inter viuos egit) conquæstus est: prodeat in lucẽ Argiuus calumniator, vnicum etiam in Græ-

Generalis Libell⁹. & accusatio.

cia na-

cia natum teſtem, proferat oculatum, domeſticis vtatur teſtimoniis aduerſarius. Vtinam Dei beneficio tres illi hereos, cedro dignißimi, non patriæ ſolum, ſed & Sableianæ innocentiæ viuerent: vtinam illorum ſuffragiis & calculis cauſa hæc noſtra decideretur: mala morte perirent ſycophãte, ad remigia merito relegarentur ęmulli, & in metallum damnati, aqua & igni interdicerẽtur accuſatores: viueret autem, & glorioſè cum ſuis æqualibus viueret Sableius.

Non pudeat obiter affirmare verũ (quod tamen falſum eſt) à Sableio quempiam Chiliarchũ verbis, & armis in ſtatione prouocatum fuiſſe: Si quiſquã apertè cõqueratur, pro eodem ſtabit Sableio Trebonius adoleſcens, qui in ipſo belli apparatu Lucium ducem ſuum Mario imperatori ex ſorore nepotẽ (ob vim noctu admotã & ſtuprum) trãſuerberauit: ſtabit, et Cœli⁹ Plocius manipulari⁹ miles, q̃ Cluſiũ Marianæ ſororis filiũ. Tribunũ militũ, quòd ab eo de ſtupro fuiſſet interpellatus cecidit: & coram ipſo non Valerius lib. 6.

inficiatus Mario, coronam præclari facinoris præmium meruit, quanuis imperatoris cognatum, & ducem suum ferro necasset. Nihil enim tam iure etiã naturali prohibitum, quod ex variis rerum humanarũ circũstantiis nõ mutuetur aliunde nomẽ modò virtutis, modò criminis, pro oblati iudicis arbitratu: maxime in Gallia, in qua si vir sceleratus à principe viro laudetur, vel accusetur: ab omnib⁹ certatim in gratiam, omissa veritate, adorabitur, vel accusabitur. Præsentissimum habetis exemplum, de quo melius silere, quàm loqui fuerit. Treboniÿ & Cæliÿ facinus probauit Marius: quod Nero, Catilina, Tyberius, Heliogabalus, Basilius, Vitellius, Caligula, Domitian⁹, Septimius, Seuerus, Commodus, Cambyses, Ochias, Artaxerxes, Ptolomæus, Phisco, Damasippus, & plerique alii effæminati principes vltimo dignum supplicio iudicassent. Singulis criminibus obiectis sigillatim & nominatim satisfactum putatur supremi iudices: apud vos accusare facile est: diluere,

&

& refutare difficilius, purgare autem longè difficilimum. Non omnibus datum est adire Corinthum: in vado (quanuis innocẽtes) hærent nõ pauci, prævalente calumnia. Plurimi lites agunt, quibus aut Cadmeus (vt aiunt) aut dubius, aut pœnitendus iudiciorum contingit exitus.

Finẽ itaq; patrocinio facturus (selecti patres) vos obnixè precor, imò obtestor, vt singula nostræ defensionis capita, genus causæ, actorũ & iudicũ personas, Sableianæ familiæ decora in memoriã reuocantes, spectare non grauatim velitis, priusquam colophonium, & irreuocabile huic capitali negotio suffragium detis. Memineritis, innocentiæ defensionem per domesticos familiares, & nobiscum etiam vinculo proximitatis coniunctos testes, probari posse. Memineritis sui corporis tutelam tum videri necessariam, quãdo aliter euadi non potest, citra vel membri, vel nominis iacturam, quanuis prius lædatur, vel pulsetur aggressor. Cuius vim, & ictus (qui ad mensuram dari non solent) ex- Peroratio

pectare plusquam puerilis foret imprudentiæ. Memineritis esse tolerabilius occidere, quàm occidi: & multo sapientius, in tempus occurrere, quàm post vulnera confugere ad inexorabile remedium. Memineritis aduersarios esse litium redemptores, exceptionibus relatis obnoxios: quibus in votis hactenus fuit, eum (quem gladiis non potuerunt) vestris sacrosanctis decretis, vita, liberis, gloria, facultatibus, priuare. Habeat apud vos nonnihil momenti, Sableiani nominis, & gloriæ castrensis recordatio: præclara maiorum in Rempubl. merita, nascẽtis virtutis expectatio, indoles, educatio, dignitas, splẽdor domesticus vitæ prioris officia, & ornamenta virtutum, quibus ille in oculis omnium iuuenis Sableius emicuit. Cuius studiosam adolescentiam admirati estis omnes, eius senectutem longi carceris inclementia forensibúsque grauatam, falsis inimicorum criminibus opprimi, infortuniis, & offensionibus mactari, eiusdem dignitatem, fortunam, gloriam, innocentiam,

ab

*ab inimicis conuelli non patiamini, imò potius ad ſpem ſalutis aſiliæ *, & libertatis erigatis illum qui veſtris olim ſuffragiis, veſtris ſenatuſconſultis, veſtriſque cenſuris tributim, renuntiatus ſit, abſente Lautreco, regius in Linguæ Occitanæ, atque Narbonenſis prouinciæ tetrarchia Legatus: cuius opera, & aſtu militari, Morinum, Belgicæ Galliæ fortiſsimum, ſed eo tempore cōmeatibus, & machinis bellicis deſtitutum oppidum, ab Hiſpanis, & Cimbricis legionibus vindicatum eſt, & defenſum: vt Claudius olim Guyſianus, ille princeps ingenue conteſtatus eſt: apud regem, & paludatos, proceres, quos induſtriæ ſuæ, & præclari facinoris teſtes idoneos Sableius inuocat. Vtinam Iudices Annas, Mommorancinus ille equitum magiſter, regióque præfectus prætorio Ducalis, & patriciæ dignitatis titulo nuper illuſtratus de republica noſtra bene meritus, adeſſet: illius nunquam, vel teſtimonio, vel cenſura reus in vinculis, premeretur Sableius: imò opi-*

* Aſilia, aſiliæ, le droict de frāchiſe.

Magiſter equitum. Præfectus prætorio.

ma laude, & præmiis dignißimus iudicaretur, ad quem, vt equestris militiæ principem remitti suo iure postulat. Graue est equidem & plusquam molestum (aberit inuidia hisce dictis) apud viros Togatos, saccularíis, & quæstuosis artibus aßuetos, necnon sedentaria, & forensi palestra nobiles, capitalem dicere causam, illi qui suæ totius ætatis gradus, deflexus, curricula in militares, & castrenses disciplinas contulerit. Hinc meritò sancitum, ac veteri legum instituto cautum reperitur, vt milites (quorum quæstiones recepticiæ sunt) & antiquioris cognitionis apud suos, vel duces, vel præfectos, suas agant cõtrouersias, tum publicas, tum priuatas. Nam cùm variæ sint artes, quibus maximã inter mortales gloriam cõsequi possimus, tum duæ præcipuè in amplißimo, & dignitatis, & laudis gradu locare homines consueuerunt, Res militaris, & Eloquentia: sub quarum tutela reliquæ continentur: alteram tamen alteri semper inuidere, & alteri dominari velle, & præstare intelligimus.

Suum

Suum vtraque tempus habet. Togatos belli tempore fasces Marti submittere, blandiri, conniuere, gratulari, laudare facta militum fortia, consentaneum est: Pacis contrà, & induciarum temporibus, truces, seueros, tetricos, inclementes, omnia in sinistram semper partem interpretantes, nemo non experitur. Neque verò Temistoclis, aut Melciadis iudex legitimus fuit, Lycurgus, Solõ, aut Draco: neque Mercurius ille Trismegistus, aut Cato Censorius. Vti enim in more Gallico positũ est, vt tres habeant iudices, Artium studiosi professores, & leguleı: ita & milites bellicis operibus assueti. Sableianis votis, & petitioni, vt legitimæ congruit, & æquum est, patres optimi, & senatores incorruptißimi, vt album adiicientes calculum subscribatis: ipsúmque supplicem reum, appellationibus, sine fraude circũscriptis, cum ipso prolusoriæ litis instrumento, & copiariis loculis præsenti iudicio, remittatis ad Gallicanæ militiæ principem Mommorancinum, ad torquatæ cohortis equites, apud

quos loricatus Sableius, ſuarum commentaria depulſionum repræſentabit, alioqui deditionem cauſſæ apud vos facturus, vt ſuæ, & claſsis, & ordinis iudices Sableius habeat, quos ſuæ virtutis, induſtriæ, fortitudinis, teſtes in periculis oculatos habuit.

DIXI.

FINIS DEFENSIONIS.

Vignalius

VIGNALIVS PRO VIDVA paucis contentus verbis agit.



Vdiustertius ābitiosa Sableianæ defensionis argumenta refellere, quando per temporis breuitatem nobis non licuit, iudices optimi, rationi dissentaneum minime videbitur, si pro vidua, marito forti, & strenuo milite, fortunis & amicis spoliata, & viduæ liberis, quos hic gementes lachrymis, & precibus iustitiā implorantes videtis, dicturi, tria iure nostro, & obstinate postulemus. Primū, vt recordari, & meminisse non grauatim velitis eorum, quæ heri, & perendie diximus aduersus Sableium: qui suis fretus opibus, nobilitate generis & familiæ, voluntarij sceleris impunitatē sibi pollicetur ad victoriámq; desertæ litis gratia & ambitu forensi grassatur indubiam. Alterum, vt fiant aures vestræ intendentes, Quas audiendo defessas suspicamur, ad intelligendum clamorem, eiusdem desolatæ viduæ dicentis, Tædet animam meam vitæ meæ : cupio

Pro vidua & viduæ liberis.

dissolui, & esse cum Christo: cuius præsentia, & ineffabili aspectu maritus ille meus hodie fruitur. Postremum, vt nostræ æquitatem causæ, vt paterni, & maritalis sanguinis memoriam, vt grande defensoris scelus, amicorum copias & potētiam: nostram contrà tenuitatem, solitudinem, calamitates, inopiam & amicorum, & facultatum, à fronte, & à tergo consideretis. Pluribus apud vos præfationibus vti molestum est, verbosa, neque vacat, neque placet, in hanc rem argumenta proferre. Qui iniustas tuētur causas primum ad insinuationes, ad dialecticos syllogismos, ad inanes argutias, ad exempla veterum, ad delicatas historias, ad colores rhetoricos, ad auitæ familiæ, & nobilitatis titulos, subitas imagines, & alienarum virtutum præconia enixè confugiunt, deinde ad remoras forenses, & dilationum corrolaria, ad perfugia translationū, & iudicij cōstituendi præscriptiones prolusorias. Postremò ad auxilia ferentaria, ad alienationes iudicum, ad basilicanos aruspices, ad

litium

litium postliminia sese penitus conuertunt, vt hoc prætextu defendatur impius, iuguletur innocens, & pereat. Nónne Milo Tulliana defensus eloquentia mortis periculum euasit, & ex voluntario necessarius homicida creditus est? Nonne Ligarius perduellionis reus, ex accusato personam accusatoris aduersus Tuberonẽ mutuatus, donatus est venia Caij Cæsaris à Tullio persuasi beneficio? Nõne quàm plurimos vita, nomine, misericordia indignos Ciceronis dictio felix à cruce, & à coruis eripuit? & verè & sanctè à Poeta dictum est, Dat veniam coruis, vexat censura columbas: neque miluo, neque accipitri tenditur rete. Curia pauperibus clausa est, dat census honores: Census amicitias, pauper vbique iacet antelucanæ profecto, & oculatæ supplicationes, ieiuniis, & cecis libellis, potẽtiores sunt: iuxta illud, munera, crede mihi capiũt hominésque, deosq;, & si non velitis credere mihi, credatis operibus. Viduas etenim præcipuis dignas fauoribus vniuersi, & dicunt, & clamant:

easdem obnixè fouendas, opibus, fide, patrocinio, tuendas, & subleuandas attestantur omnes: atqui dictis facta nusquam gentium respondent. Nemo hercule, nemo viduæ pauperis, nemo pupillaris causæ patrocinium fidele suscipit, pauci admodum reperiuntur, qui pro viduis stare videantur, vt non abs re à propheta regio dicatur, Beatus qui in viduam & pupillum respicit: in die mala liberabit eum dominus. Sed lõgius quàm par sit, & præter institutum euagamur: frustra vt militibus strenuis habentur orationes, quæ virtutem nõ addunt, nisi timidis: ita & iudicibus, quos verbis, lachrymis, aut precibus moueri potius, quàm ipsa veritate precum, quàm titulis & inribus, piaculum est credere. Sableius, velut immemor sui interdum victoriam sibi persuadet, interdum cõtra à vobis misericordiam petit, vidua iustitiam, summum ius talionem implorat. Sableius pro se in desperatæ causæ tutelam, & subsidium maiores, proauos, gentilitia stemmata, gloriam, diuitias, amicorum centurias,

turias, imò legiones: vidua verò litiũ insolẽs, & quæ nec experiẽdi, nec recusandi artes nouit suam, suique generis obscuri nouitatem, rerum omnium inopiã, mariti in flore ætatis crudeliter occisi sanguinem adhuc recentem, ærumnosæ, & afflictæ viduitatis pericula, miserias, damna, conditiones, proponit, & citat in argumentũ vice libelli: necnon summissim expostulat, quia non audet apertè conqueri: Pro vestris sportulis & bellariis offert lachrymas, & liberos quinque impuberes, Codro & Iro pauperiores, omnem iudices facultatem, omnia sua secum portantes, id est egestatem, & mendicitatem, præterea nihil: Quorum præsentia, & lachrymabilis conspectus, nisi vos, vestrámque fidem, gratuitatem, constantiam sine dicentis aduocati facundia commoueat, actum esse de causa, de tutela pupillari, de paternæ necis vindicta patres. Quis non palam & apertè intelligit, nisi pupillorum, & funestæ familiæ tutores, nisi tenedi (vt aiunt) viduæ patroni, nisi

domus & generis Dulciani curatores esse non recusetis: pro veritate mendacium, pro iustitia iniquitas, pro supplicio præmium, non sine graui magistratuum infamia succedet, & valebit? Ad vos itaque iudices summi, & inculpatissimi, ne supra clepsidram loqui videamur nostra breuis conuertitur oratio: vt viduam hanc cum suis liberis coniugalis iniuriæ vindicem respicientes subleuetis: & secundum legum imperia efficiatis victoriæ compotem, contra vim, & potentiam aduersariorum: quos importunis, & precibus, & libellis huic sacrosancto collegio molestos esse, & graues videmus. Plus valeat apud vos simplex dispunctio veri, quàm priuati hominis fucata, & mellelita defensio.

DIXI.

AQVEVS, REGIVS FISCI patronus pro fisco, aduersus Sableiũ totius collegij verbis agit.

ET voce, & scriptis fidem tametsi nostris amplam fecimus, patres augustissimi: neque frigidis Sableii petitionibus accedendum, neque recipiendas esse appellationes, à duobus gradatim iudicibus ad vos interiectas. Pauca tamẽ, quæ memoria inter accusandum exciderunt, vestris inculcare patientissimis auribus nou erit absurdum Sableianæ vitæ primos aditus, auspicia, progressus, ortum & occasum, testibus oculatis, velut in speculo comtemplari, illius mores à carceribus ad metã, à primáque natiuitatis linẽa inuestigare: & ex stipula (vt dicitur) intueri lubuit, huius ephebiam, pueritiam, adolescentiã præclarè, & studiosè transactam, nemo nisi plane futilis & vanus inficiabitur: Cæterum reliqua vitæ, & ætatis curricula Neronis *quinquennio conferri poterunt: bonum etenim & magnæ spei fuit initium, finis vero pessimus, vt de illo: priscis illud agricolis celebra-* Pro fisco.

*tum adagium non iniuria dici possit frons occipitio prior. Quantum ad ea, quæ refellendo deprecatur maleficia, pro confessis, pro compertis, pro manifestis habemus: facti in hac specie nulla est controuersia: Sola iuris decisio, in vestris sita decretis, expectatur. Non est, æquissimi iudices, quod vobis vllam Sableius iste (in vinculis causam agens) innocentiam persuadeat: nugas, fucos, meras nænias * amplo luxuriantis orationis aluco omissis sibillæ foliis, commemorauit conductitius illius aduocatus: cui fuisset & pretiosius & honestius tacuisse, quàm Asiana dicendi copia retulisse Sableii facta, quæ nec Alexandro Macedoni Clitarchus, nec Cyro Persarum regi Xenophon, nec Iugurthæ, aut eius victori Mario Sallustius, nec Fabio Maximo, Camillo, Anniballi Scipionibus, Marcello Liuius ascripsit. Laudes amplas biduo Sableius non suas, sed omnium qui piè laconicæ, pugilicæ Christianæ, & Pancraticæ vixerunt, quasi suas audiuit ex animo: sua idem vitia nõ comica. sed genuina, velut ex tripode non grauatim intelligat: sunt ille*

* .i. cõtra veritatem.

ille voluntarium, imò iampridem animo nouercali conceptum fateatur scelus & sceleris termerium (vt aiunt) sibi deberi supplicium: stipendia peccati mortem expectet: diris Oedipi imprecationibus merito obnoxius, suæ bibat improbitatis fæcem: voluptatem ex malefactis conceptam dolor supplicij consequatur: Pœna illius in exemplum cæteris vindictæ, & alienæ cædis cupidis repræsentetur: illum vitæ, & facultatibus in ærarium referendis exui congruit: illum canina (vt dicitur) vindicta maneat. Porrò quæ in Dulcium mortuum cum larius luctando apertis tibiis debacchatus, odio plusquã agresti detorsit, vitia, mores, infamiã veritati dissentanea, & fabulis æsopicis, atq; apologo Alcynoi proxima cõperimus. Quarũ vero ille virtutum cumulum, atque satiricam congeriem sibi placent assumpsit, ne minimam quidam portionem complexus est, nec vmbram illarum assequutus. Qua in re Suffenus nobis profecto visus est, atque gloriæ mãcipiũ, & simias imitatus, quæ suos fœtus, quãuis deformes, pro speciosissimis tamẽ vnicè ad-

Apologus Alcynoi.

Suffenus.
Simiæ.

mirantur:idem mediusfidius(sed plumbeis instructus argumentis) & epilogo plane frigido elaborauit Borderianus lusciniæ similis in hoc Sableio luculenter, & affabre depingendo: quod in suo Vergilius Aena proditionis reo. Quod in Achille crudelitatis artifice Homerus, in Cæsare occupatæ tyrannidis archi-tecto Valerius, in sua Aesopus cornicula fecit: Philoxenus contra in Latumias Syracusanas mitti maluit, quàm Dionysij Schedia laudare: cuius Tragœdiam totam à fronte ad calcem (vt dicitur) vna litura circunduxit: ita, & nos qui iure magistratus delinquentes persequimur. Nam difficile nõ est Athenis laudare Athenienses: sed apud Lacedæmonios piacu lum. Suos, suæque vitæ scelestæ defensores habuit Nero, fax totius orbis, impuráque omniũ scelerum sentina: nec defuerunt sui præcones Heliogabalo, Caligulæ, Tyberio, Caracalla Domiciano naturæ monstris: suos adhæc laudatores non desiderarunt, Lais Corinthia, Thais Attica, Rhodope Aegiptia, Phryne Thespiensis, Gliceriũ, Hermia, Sinope Flora meretrices

Nero. Heliogabalus. Caligula. Tyberius Caracalla

meretrices egregiæ: Nobili prodiisse familia Sableium fatentur omnes, illius proauos, & maiores Reipu. domi, & foris cõsuluisse plurimum, liquido constat: numerosis huncipsum præfuisse Legionibus, Morinũ, & Peronam, duas Belgicæ Galliæ munitissimas ciuitates (sed non absque Theseo) liberasse à Cimbris, & Theutonibus: iuuentutem præterea suam bene instituisse nõ negatur: atqui extremæ senectutis noua vitia prioris ætatis cursus, gloriam, opiniõnẽ, titulos, nomen, imagines, bene merita fedarunt, ne dicam extinxerunt: vti nauis quantũuis elegans, robusta, potens, ob vnicam vnius tabulati rimulam naufragium facit: ita & virtutes ab vno vitio ruinam. Omnes stellæ, atque planetæ, omniáque cœlestia corpora deficiente, Sole patiuntur ecclipsim: omnium reus censetur ille, qui ab honesti linea, vel tantillum deflexit: absque perseuerantia (quam immortalem Poetæ faciunt) nec pugnator victoriam, nec palmam victor cõsequitur: vna nec facit ver hirundo: nec vnica Similitudo.

virtutis actio studiosum, aut felicē. Tentantes (ait Theocritus) ad Troiam peruenerūt Græci. Vetus est parœmia, Assidua stilla saxum excauari. Multi quidem currunt, sed pauci (& illi pertinaces) accipiunt præmiū. A virtute duxit auspicium nobilitas: eadem cessante desinit, & fugit. Sola nos virtus à vulgo, à spuriis, & gregariis hominibus, imò à beluis dirimit: Ismael matre, quanuis ancilla, patre tamen ingenuo natus erat: hunc à domo, & tribu paterna non matris humilitas, sed sua ipsius vitia separarunt. Iacob, & Esau fratres erant vterini, nobiles, & ingenui: alter Deo vt pius, & integer placuit: alter propter vitia vt ignobilis, & sceleratus displicuit. Sola apud Deum libertas est (ait Hieronymuss) non seruire peccatis. Summa apud Deū nobilitas est, clarum esse virtutibus, diui Chrysostomi testimonio. Ille clarus, ille sublimis, ille nobilis, & conspicuus videri debet, qui dedignatur seruire vitiis, & ab illis expugnari, Scitè, & verè diuus ille Hieronymus, Nescit religio nostra

personas

personas, vel conditiones hominum: sed mores, & virtutes examinat, metitur, & præponderat. In meliore loco mulier intra paradisum: extra quam vir factus, muliere, & superior, & nobilior semper habitus est: Vterque breui temporis interstitio, propter maleficiũ, loci nobilitate priuatus, exulauit. Preclare Stoicus ille Seneca ad Lucillium scribit, Cùm volueris verã hominis æstimationem, & pretium videre, atque scire, qualis sit, nudum inspice: deponat maximus quisque patrimonium, deponat honores, & alia fortunæ mendacia, corpus ipsum alienis vestitum tegmentis exuat, illius animum, & animi dotes, & bona intueare: qualis, quãtúsque sit, alieno, an suo magnus, intelliges. Quo pacto? res ipsa loquitur, A fructibus eorum cognoscetis: opera illorum sequuntur illos. Nempe simia semper simia est: etiam si aurea gestet insignia: Itaque qui in patribus, & maioribus suis gloriãtur, vt noster hic Sableius, vacuos se ab omnib⁹ animi bonis indicãt, & sepulchris dealbatis similes.

Qui genus (ait Seneca) laudat suum, aliena laudat: nam genus, & proauos, & quæ nõ
Ouidius. *fecimus ipsi, vix ea nostra voco. Si laudas ali*
Apuleius. *quẽ, quia generosus sit, & antiqua eductus familia, parentes eius laudas, non Herculis genus, sed virtus laudatur, iuxta illud,*

Iuuenalis *Stemmata quid faciunt? quid prodest Pontice longo*
Sanguine censeri, pictósque ostendere uultus Maiorum?
Nobilitas (sola est atque unica) uirtus.

Audiat Sableius Christianum Poetæ ethnici sententiam:

Libera si dentur populo suffragia, quis tam
Perditus, ut dubitet Senecam præferre Neroni?
Omne animi uitium tanto conspectius in se
Crimen habet, quanto maior qui peccat habetur.

Suorum itaque maiorum quãdo citat vel facta vel memoriam Sableius, Bœoticam ille cantilenam, & equi senectam referre videtur: nam iuxta vetus adagium, fuerunt quondam strenui Milesii, fuerunt Troës: fuit Ilium, & ingens gloria Dardanidum, nos quoque floruimus, sed flos fuit ille caducis. Alienis frustra meritis nititur Sableius: alienis idẽ virtutibus ridiculè ornatur: ante victo-

*victoriam canit encomium: in sese descendat pauxillum: suo se pede metiatur accepti, & expensi rationes ferat in suum ipsius sinum (vt aiunt) inspuat, & extremum fabulæ actum consideret necesse est: Lupus ætate pilum mutat, non ingenium. Cœlum, non mores mutant, qui trans mare currunt: non Hierosolymis fuisse (inquit Hieronymus) sed præclarè, & innocenter vixisse, laudi datur. Non omnes Dauidis liberi prophetæ fuerunt: Non omnes Imperatorum filij successerũt imperio: non omnes Christi discipuli Christum sequuti sunt: ex bono, & frugali patre malus plerũque filius nascitur: at ex malo vix vnquam probus: ex diuite, & indocto nunquam iustus: Omnis enim diues, aut iniquus, aut hæres * iniqui est: Prius enim cauum à conuexo, quàm hircosam inscitiam ab improbitate, & adipe seiunxeris. Ex antiqua, & nobili familia prodire liberos ignobiles, superioris Africani, necnon Q. Fabij Max. Allobrogici, Claudij pulchri, Hortensij, Corbionis, Marci Tullij Cice-*

* Hieronymis.

Valerius lib.1.ti.5.

ronis filij docuerunt: qui domestica gloria, paternis ornamentis, triumphis, honoribus, memoria clari & illustres, præter vitæ ignominiosæ dedecus, mortis erubescendo genere consumpti sunt. Ex omni Cæsarum decantata familia tres duntaxat, aut ad summum quatuor, Imperio Romano dignos inuenias. Ita ferè vsu venisse videmus, vt præstantium virorum filij multum à progenitorum moribus absint, iuxta Græcum apophthegma, Ανδρῶν ἡρώων τέκνα πήματα: *id est, Virorum heroum filij noxæ. Manet & hodie vulgatus iocus, Ex sapientissimis patribus stultissimos propagari liberos. Semper patre filius nequior, ait Euripides*[a]*: Cuius fidē sequutus Homerus*[b] *ait: Aequat rara patrem soboles: sed plurimi ab illis degenerant: pauci superant probitate parentem. Fato quodam comparatum esse nemo non videt, vt viri, seu virtute, seu literis, seu fortunæ indulgentia insignes, & spectabiles, aut nullos omnino liberos habuerint: aut tales reliquerint, vt magis ex vsu rerum hu-*

a In heraclidis.

b In odyssea.

manarum

manarum fuerit, illos absque liberis discedere. Fumosas ostentant imagines auorum illi, præterea nihil. Exẽpla citare neque vacat, neque pretium est operæ. Habet hoc propriũ nobilis, & generosus animus, vt ad honesta concitetur, turpia dedignetur: ad ardua semper feratur: superba, & difficilia cogitet, humilia contemnat. Peculiare contrà, gregariis est hominibus, alienæ semper industriæ inuidere, nõ imitari: festucam in fratris oculo vt videãt, in suo trabem, aut camelũ (ipsa philautia impediente) non videant, nam cocici sua quãuis obscæna cantio placet. Duas mortalibus Poëtæ manticas attribuunt: alteram ante pectus, in quam aliena vitia: alteram à scapulis, tergoq́ue propendentem, in quam nostra conniuentibus oculis immittimus. Dulciana vitia, mores, ineptias, quasi domesticè cognitas, frigida catastrophe recitauit Sableius pluribus per satirã in vnũ collariis argumẽtis: sua sciẽs, & prudẽs reticuit: qui cùm se vestro, etiã in venerãdo cõspectu fateatur homicidã, qui fieri potest, vt nobi-

lis,vt liber,vt ingenuus habeatur? Omnis e-nim homicida vilis,famosus, & intestabilis. Qui seruus pœna factus,& vltimo dãnatus supplicio, hunc sacrosanctũ senatum ꝓuocauit, quo iudice pollicetur sibi,& persuadet,indubiam causæ victoriam? Quam tamen incruentã,atque Cadmeam,nõ citra stomachum vocat: suas ille,vt litis inhiberet curriculũ superuacuis, & occultis verborũ technis,vsq; ad nauseam parum speciosè deplorauit calamitates: lõgi carceris iniuriam questus est,priorũ iudicum nequitiã,sordes, iniustitiã,& multa probabili fide indignà, sed tamẽ prætereunda silẽtio minimè, in eos ingenti spiritu debacchatus aculeatis dictis cõmemorauit:omniúmq; gradus & classes iudicum diris notauit ꝓmiscuè. Oculata veritate res ꝓdeat in lucẽ:iudices in rem præsentem venire,& causæ dicẽdæ fieri obnoxios, suorúmque actorũ, & iudiciorum præstare culpas anxiè requirimus. Singulis annis sacrosanctæ feruntur in Gallia leges,quas esse neglectui,& minus òbseruari,nemo non videt,

det, incuria magistratuũ. Quantum ad ordinẽ iudiciarium attinet, fori ampridẽ consuetudo vsurpauit, vt iudiciarij mores ĩ causis pecuniariis recepti, in publicis omittantur: famosi plerunque latrones prius suspendio, aut furcis vitã exuere damnãtur, quàm vlla criminis præcesserit inuestigatio: quibus ad exemplũ, ad terrorem, ad metum publicitus iugulatis, decernitur quæstio: testes audiuntur, delatores recipiuntur. in.l.prouinciarum[a]*. feriatis in Dei reuerentiã temporibus vltimi supplicij non differtur exequutio: quam victimam esse Deo gratissimã testatur imperator. Læsæ maiestatis rei, viatorũ aggressores, & agrorũ depopulatores, omni pfecto die, omni hora, omni tẽpore ad supplicium rapi multis iubentur sanctionibus.*

[a] C. de feriis.

Desinat itaque Sableius nauticis ergastulis dignus propter omissam iudiciorum formulam (quæ in capitalibus minimè spectari solet) propter iudicum imperitiã, propter sua in Remp. benè merita, quæ in tenebras abierunt, sese vita, aut misericordia di-

gnum sua battologia persuadere: ad coruos relegandus, ad diui Georgij[a] theatrum remittendus: quod fecit, expectet nullis redimendus talentorum millibus. Pœna illius in exemplum reliquis eiusdem notæ, & farinæ militibus transeat: ne vnius impunitas in plurium perniciem vergat, sitque posteris occasio delinquendi. In eum omnes seueritatis, & constantiæ iudicialis nerui contendantur, vt vitæ prioris fraudes præstet. Darius Persarum rex Anabarsani filio (quanuis de republica bene merito) non pepercit, quòd is Alexandro paternam necem suis insidiis promisisset. Neque Epaminundas Stesibroto filio, quòd contra patris edictum cum Lacedæmoniis hostibus manum cōseruisset, quanuis parta victoria.

a Est loc' Tholosæ in media vrbe ad amputanda dānatorum capita deputatus.

Manlius Torquatus filiū securi percussit, ꝗ in Samnites aduersus mandatum pugnasset, quāuis gloriosam de hoste profligato victoriā retulisset. Si neq; liberis Brutus, Agesilaus, Aulúsque Posthumius, & reliqui vel externi, vel nostrates innumeri, de scele-

re

re conuictis non pepercerint ob præclaram vitæ præcedentis memoriam: qui legitimè fieri potest, vt Sableio tot indigna scelera cõdonentur? Læus Atheniensis ab oraculo monitus Athenas ipsas perituras, nisi tres filias diis iratis ĩmolaret, maluit oraculo parere, quàm suis parcere liberis. Marius Cimbrico bello ꝓfligatus, cùm intellexisset exercitũ fore victorem, si Calphurniã filiã diis daret victimam: dedit, vt pariæ cõsuleret. Vtriusq; ducis non pœniteat exẽplum sequi: legũ (quæ oraculi vices habẽt) pareatur imperio potius, quàm à noxa Sableius eximatur: qui suos neglexit maiores sequi. In iudiciis nullus debet esse personarũ delectus. omnes in illis vidẽtur in ordinẽ redacti. Crimina virtutibus cõtraria, dignitatem, benefacta, gloriã, & perimunt, & extinguunt.

Multas Labyrinthus ille Dedaleus ambages habebat, at nullꝰ prȩter Theseũ potuit abire ĩmunis. Imminebat Romæ ꝓpemodũ captiuę victor Annibal, si vti victoria, quàm frui præpropere maluisset, & sciuisset. A

victore victus populus Romanus *perseuerando de manibus eripuit & Italiam, & victoriæ præmium Africã tributariam fecit. Debuit igitur perseuerare Sableius, & nucibus relictis sese ad virtutes heroicas, ad gloriam, ad Rempub. natum intelligere.*

Ad postremam Sableianæ depulsionis partem nouissimo loco veniendum: in cuius ingressu omnes iudicum decurias contemptim, & genuino dente corrodit: in medio progressu suas & laudes, & obiectorum purgationes frustra & moleste recensuit: in Dulcium *mortuum, velut à* Furiis *oriundum, rabie canina dilaceratum inuectus est: in egressu vobis tandem neglectis, detractandi iuditij gratia ad alios postulauit iudices transferri.*

Si Constantini principis edictum sequi nõ pœniteat, à causa, & postulatione cadet Sableius: & illi plane denegabitur remißio. Quicunque ait [a] Imperator, nõ illustri tantũ, sed clarißima dignitate præditus, virginem rapuerit, vel fines aliquos inuaserit, vel in aliqua culpa seu crimine fuerit deprehensus, intra

a In.l.1. vbi senatores vel clariss.

tra ꝓuinciã, in qua facinus ꝑpetrauit, publicis subiugetur legib⁹, nec fori præscriptione vtatur: omnẽ enim honorẽ reatus excludit.

Iustinianus[a] *in l. raptores. non ad magistrum militum, sed ad locum delicti milites in raptus crimine deprehensos, citra fori præscriptionem remitti iubet.* a In tit. de episcopis.

A Iustiniano Papinianus nõ est alienus: Alterius, ait[b], *prouĩciæ reus apud eos accusatur, et cõdẽnatur, apud quos crimẽ cõtractũ ostẽditur. Quod etiã in militib⁹ esse obseruandũ optimi prĩcipes nostri rescripserũt.* b in l. fi. ff. de acc.

Quocirca, vt vniuersim & apertè cõcludamus: pretium est opere sacrosancti iudices, repulsis Sableij postulatis, & inductis præscriptionibus: in homicidã multis cõpertum, & obnoxiũ sceleribus iustæ dãnationis suffragium proferatis: & proferendo declaretis eundẽ ignominiosa omniũ magistratũ eiuratione, & morte dignissimũ bonis annotatis: vt facto aduersus vnũ exẽplum, vel qui eiusdem classis & farinæ milites in officio viuere discant. Cõclusio.

DIXI.

Senatusconsultum.



Enatus renūciante Mensencalo prę́side(rogatis singulatim,& ex tempore consultis senatoribus) Sableium cum totius litis instrumento ad equitum magistrum, & quatuor Gallicanæ militiæ tribunos, in nihilū redactis iudicum priorum decretis: actísque planè circūscriptis remittendum censuit.

Relatis senatusconsulti causis, Militū priuilegia pluribus verbis Mensencalus(solidę eruditionis pręses) frequenti populo recitauit: & eorum maximè,qui regij, atque torquati forent ordinis:quorum castigatio,exauctoratio,gradus deiectio,militię mutatio, munerum interdictio,coertio,ignominiosa dimissio,Gallicis moribus ad solū principē, aut pro regem, Franciæq; patricios spectat.

Comes stabilis apud Iustinianū. At iure Romano ad magistrum militum, qui apud nos hodie dicitur Comes stabilis, quasi scelerum tribunus,totius militiæ & equestris,& pedestris prīceps, ad quem pronunciatio, & exequutio pertinet: præsidi prouinciæ non denegata militū delinquentium præhēsione,& delicti prima cognitione. Duorum ille citauit imperatorum, Honorii & Theodosii rescriptum, cuius verba transcripsisse placuit: Magisteriæ [a] potestati

[a] in.l.magisteriæ. de iurisd. om.iudi.

inter

inter militares viros nō solùm capitales, sed & priuatas causas audiendi, & decidendi facultatem concedimus.

Valentis, & Valentiniani.

Si miles in prouincia repertus crimē publicum commiserit: eū rector prouinciæ sub custodia constituat: atque ita vel causę meritum, vel personæ qualitatem ad magistrum militum referat. In.l.1. de exhibendis reis.

Rationes.

Vti apud proprios conueniuntur episcopos[a] cœlestis militiæ sacris initiati, ita & milites armatæ & castrēsis militiæ, qui pro patria & penatibus mori, & viuere parati, sese periculis offerūt: & qui pro re publica mortui, viuere perpetuum intelliguntur: quos torqueri, pœnisque addici vulgaribus, Diocletianus Imperator vetuit [b] nisi prius ignominose à militia dimissos constet. Nam & hodie ad tutelam regni aduersus Imperatoris Austrasij insidias militibus indigemus.

a In auth. vt clerici apud proprios episcopos.

b In.l. milites. in.l. diuo Mar co. de quæstionibus.

Imperator Zeno [c] milites, & quoscunque illustri dignitate præditos, inconsulto principe dānare reos, imò cognosci prohibuit.

c In.l. quoties. vbi sena. vel clariss.


In hac specie consultus Venulius respondit: Milites si quid deliquerint ad eum ducē remittendos, sub quo merebant tempore maleficij. In titulo, de custodia reorū.

Titulo, de re milit. Modeſtinus ait, Deſertorem militiæ auditum ad ſuũ ducem cũ elogio præſes mittet.

Titulus apud Iuſtinianũ. A multis Romanis imperatoribus magiſtri militum iuriſdictio, poteſtas, & officium declaratum eſt in titulo de Officio magiſtri militum.

Crimina militum quædam militaria ponit Furius, quorum coërtio & caſtigatio ad ducem, & tribunos militum: Quædam cõmunia, quorũ cognitio, & perſonæ prçhenſio: à prçſide loci cœpta ad militiæ præfectũ ſine controuerſia pertinet: vt verè & ſcitè reperitur à Celſo reſponſum in.l.non dubium. de cuſtodia reorum.

F I N I S.



Catalogus vocũ,

ET FORMVLARVM Forensium, breuis & Latinogallicus.

Ad clarißimum virum Ioannem Auansonium, libellorum præfectũ aulici, & prætoriani Senatus præsidem.

Dictiones, & formulæ

QVAEDAM FORENſes, Quibus in hiſce reſpõſis Autor eſt vſus.

¶Orationes Forenſes.



Ratio & actio Forẽſis, idem ſonant, id eſt, *Le pledoyé de la partie propoſé en iugement.*

Oratio multiplex in foro quotidie recitatur, Quædam numeroſa, reſiſtẽs, neruoſa, conſciſſa: Quædam anxia, ſalebroſa temperata, quę plurimum momenti habet in cauſis agendis, *un pledoyé parfaict & excellent.*

Vibrans oratio, *un pledoyé uiolent & impetueux.*

Excurrens oratio, *un pledoyé qui ſort de propos.*

Hians, & ſpinoſa oratio, *pledoyé mal ioinct, mal poly, & rude.*

Plauſibilis oratio, *pledoyé plaiſant & aggreable.*

Oratio perpetua, *pledoyé ſolennel, & continué iuſques a la fin.*

Oratio ſinuoſa, *pledoyé long & ſubterfugieux.*

Altercatio tholuris, *un pledoyé faict en la chambre criminelle, en la tournelle.*

Officioſæ cauſarum actiones, *bonnes & bien ordonnées pledoyries.*

Orator forenſis, *Aduocat.*

Actor cauſarum, Patronus, Cauſidicus, Pragmaticus, Miles togatus, *idem.*

Veteranus & illuſtris orator, *Aduocat ancien & bien plaidant.*

Orator primi nominis: Orator primariæ notæ: Orator omnium horarũ & causarum. Orator præsentis animi,& qui censeri debeat.

Oraculi basilicani antistes, *Aduocat le plus estimé, le plus singulier, le plus asseuré, & qui est reputé la perle de tous les autres aduocats du palais.*

Prolusiones actionum, *fins de non proceder.*

Exclusoriæ præscriptiones, *fins de non receuoir.*

Translatiuæ præscriptiones, *fins declinatoires, & de renuoy a son iuge.*

Præscriptiones quædam depultrices actionum, *fins de non receuoir.*

Quædam translatrices actionum, *fins declinatoires.*

Translationes causarum, *euocations.*

Reiectaneę supplicationes, *requestes impertinentes.*

Sophismata forensia, *finesses & tromperies des praticiens: finesses de court.*

Coitiones, *menées & assemblées illicites.*

Iure caduci sacerdotiũ impetrare, *impetrer un deuolu.*

Caducæ,& fugientes scripturæ, *lettres qui s'effacent facilement, & qui ne durent gueres.*

Ampliare vadimoniũ, *cõtinuer l'assignatiõ personnelle.*

Atroci vadimonio citare quempiam, *adiourner a cõparoir en personne.*

Vadari reum,& proscribere tridui tergemini compendio, *adiournez a trois briefs iours, & a fin de ban.*

Trinũdinũ vadimoniũ, *adiournemẽt a trois briefs iours*

Sistere vadimonium, *comparoir en iugement.*

Obire diem vadimonij, *se trouuer a l'assignation.*

Non obire vadimonij diem; *defaillir.*

Non occurrere ad vadimonium, *idem.*

Denuntiare vadimonium atrox,& impingere, *faire adiourner a comparoir en personne.*

Eiurare vadimonium obeundum, *exonier.*
Vadimonium differre: Missum facere vadimoniũ, Vadimoniũ promittere, Vadimonio obstringere: *Hisce formulis, aduocati, latinè loquentes, utuntur in foro.*
Intentionis reus, *le demandeur.*
Depulsionis reus, *le defendeur.*
Iuditium fidutiariæ possessionis, *proces en matiere de complaincte, & en cas de saisine & de nouuelleté.*
Quatuor heæ voces idem pœnæ sonant Vindiciæ: Præiudicium vindiciarum: Temporariæ vindiciæ, Fidutiaria possessio, id est, *recreance.*
Intendere vindicias alicui, *c'est a dire se constituer demãdeur, & cõplaignant en cas de saisine & de nouuelleté*
Damnatus vindiciarũ dicitur, *qui a perdu la recreance.*
Titularium iuditium, *le petitoire.*
Mancipium sacerdotij, *le petitoire du benefice.*
Decuria Tholensis, *la tournelle.*
Classis quæstionum, *la chambre criminelle.*
Decuriatim, vel confusim inquirere, *faire summaire aprinse, & informer en tourbe.*
Tessera põtificiæ iurisdictionis, *lettres de clericature:* Rasi verticis insigne, Elogiũ verticis initiati, *lettres de tonsure.* Sacrosancti verticis præsidium.
Arguere falsi & insimulare, *maintenir defaulx.*
Litem situ diuturni silentij sepultam, Venia codici lari, Refocillare, *se faire releuer de perẽption d'instance.*
Cardinalis autoritas causæ, *la prĩcipalle piece du proces*
Numelli versatiles, *le pillory.*
Stigma liliatum pati, *estre pilorié & fleutry.*
Traductio stigmatica, ignominiosa, supplex exem plaris, paradigmatica tædifera.i. *amende honorable.*
Insularis fori translationem postulare, *demander son renuoy par deuant son iuge de court d'eglise.*

Disceptare

Diſceptare fori & cauſæ tranſlationem, *debatre l'incompetence de iuriſdiction.*

Perfugiis tranſlationum, atque præſcriptionibus vti, *proceder par fuittes, & fins de non proceder.*

Supplex prouocatio, *propoſition d'erreur.*

Interdicto retinēdæ poſſeſsionis vincere, *eſtre maĩtenu & gardé en poſſeſsion & ſaiſine.*

Altercationes aculeatæ, ſcommaticæ contumelioſæ, *pledoiries iniurieuſes.*

actiōes cauſarū acroamaticę, *pledoiers faičts a huys clos*

Altercationes exotericæ, *a huys ouuert.*

Actio cauſæ plauſibilis, *une gente & aggreable pledoirie,*

Inſolentes ſunt rerum forenſium mercatores, *les marchans ne ſcauent rien au faičt de pledoirie.*

Diffindere, & diffundere diem, *remettre l'aſsignation au lendemain.*

Litis æſtimationem dependere, *payer les dommaiges et intereſts.*

Præſtare litis euentum, *reſpondre et faire bon.*

Litis tertiæ acceſsiones, *les dommaiges et intereſts.*

Rationes litium ſumptuariæ, *declarations des deſpens pour les proces.*

Annonæ iudiciales, *les eſpices d'un proces.*

Sportulæ iudicū, dicaſtica: honoraria Iudicum, bellaria Iudicum, iuſta ſportularia corolaria Iudicū, *les eſpices des iuges, aureæ ſtipes.*

Manus iniectio, *main miſe, et ſaiſie.*

Solutio manus iniectæ, *main leuée.*

Inſtitium cauſæ, *ſurceance par lettres d'eſtat.*

Diplomata cauſarum tranſlatiua, *lettres Royaux concernans euocations des proces.*

Iniectio manus in alium pro alio, *la marque.*

Pigneratio represaliæ, clarigatio androlepsia, *Grece*
Trãsuectio equitũ, *la monstre*. Recognitio, lustratio
Angaria, & angariarum præstatio, *charge et necessité de fournir cheuaux de poste.*
Ferentarij equites, *cheuaux legiers.*
Hilaria, *le mardy gras.*
Martinalia, *la feste sainct Martin.*
Feralia, *le iour des mortz.*
Verbenalia, verbenarum dies, *le iour des Rameaulx, Pasques flories.*
Candelalia, *le iour de la Chandeleur.*
Dies geniales, *iours destinez a uolupté.*
Profesti dies, *iours ouuriers.*
Dies stati curiæ, *les iours ordinaires.*
Dies tribunalitij, *les iours de pledoirie.*
Dies altercatorij, & oratorij, *les iours de laudience.*
Vita circumforanea, *l'estat de pratique.*
Eremodicium causæ, *peremption d'instance.*
Tesseralis audientia, *audience appellée par un placet.*
Beneficiaria audientia, *idem.*
Intercalaris audientia, *audience appellée hors le rolle.*
Programmata, *des plaquars attachez aux portes, ou aux murailles.*
Epigrammata testium, *les etiquettes des tesmoings.*
Proscriptiones pontificiæ, *excommunimens.*
Nuntius causarius, *un exoniateur.*
Libellare vadimonium, *l'exploict libellé.*
Acta vadimonij, *les exploictz.*
Legis actio, *exequution de sentence.*
Lege agere, *exequuter.*
Bellaria, *la desserte de table*: Mensa secunda.
Breuiculum causæ, *lextraict du proces.*
Commentarius, extispicium litis instructæ

Libelliones

Libelliones palatini, *faiseurs de requestes pour les presenter au palais.*
Noxa commissoria: facinus cliētis commissorium, *felonnie comminse par le uasal contre son seigneur.*
Facere controuersiam fidei clientelaris, *desaduouer son seigneur feodal.*
Patrocinium, *seigneurie feodale.*
Clientela, *uassellage.*
Possessor prædij clientelaris, *uasal.*
Beneficiarius possessor, *idem.*
Auctoramenti gratia facere clienti, *remettre, et quitter le serment de fidelité au uasal.*
Mancipium iustum, *la seigneurie directe.*
Res mancipi, *toute chose qui peut estre nostre en pleine proprieté*: tamen Mancipium rei dicitur *la proprieté.*
Mancipium sacerdotij, *le petitoire du benefice.*
Inficialis controuersia, *une question de faict.*
Negotialis constitutio, *une question mixte de faict, et de droict.*
In ordinem redigere, *rabaisser son estat.*
Simbolum assertorium, Tessera assertoria, Libellus assertorius, *certification.*
Vadimonium, *obligation de comparoir en iustice.*
Lustrica necessitudo initialis & mystica, *affinité, et alliance qui prouient de comperaige.*
Lustricus panis, lustration. panificium, *pain beneist.*
Aduersaria pactorū, *les minutes des contractz, tablettes.*
Milites statini, & præsidium statinum, *mortes paies.*
Omnia in regno Franciæ officia regia sunt præcaria, id est, *durent tant qu'il plaist au Roy.*
Commeatum inducere, *rabattre un congé, ou default.*
Sequester controuersiæ, *le rapporteur du proces.*
Inspector litis, enarrator, expositor, enucleator, re-

nuntiator litis, commentator cauſæ.

Antiquatio ſingraphæ, *recision de contract.*

Reuocare teſtes, recognoſcere, *repeter.*

Committere teſtes, & componere cũ reo, *cõfrontez.*

Ephemeris curię, *le regiſtre de la cour.* Codex rationarius, commentarius, & commentarium curiæ, Tabulæ publicæ.

Poſſeſsio ſecularis, *poſſeſsion immemoriale.*

Theorema catholicum, & axioma, *une reigle generale, une maxime.*

Impetrare veniam aſsiduæ functionis, *obtenir grace de non reſidence en ſon office.*

Aſsiduitas, *reſidence.* Aſsiduum obſequium, & aſsiduum miniſterium præſtare, *reſider.*

Eiuratio magiſtratus, *reſignation.*

Eiurare magiſtratum, *renoncer, et quitter ſon office.*

Iudex obnoxius, *iuge reſortiſſant en la cour.*

Reliquator, *qui demeure debiteur fiſcal de pluſieurs debtes et reliques.*

Thermopolium, *la roſtiſſerie.*

Thermopola, *roſtiſſeur.*

Symbolum publicum: fides publica, *ſaufconduit.*

Iura caducaria, *les droictz ſeigneuriaulx.*

Renũtiatio apparitoris, *le rapport et exploict du ſergẽt.*

Inſtitor litis officioſus, *bon ſolliciteur.*

Textillis pictura, *tapiſſerie.*

Polymita phrigia, *tapis de turquie.*

Inſtitium curiæ, *uacations.*

Lues venerea, *la groſſe uerolle.*

Varulus, & variolus, *uerolle.* i. qui varietatem puſtularum & colorum habet in corpore ſuo.

Iudicatio, litis cardo, cauſæ ſtatus, *le poinct du proces.*

Quæſtio tormentaria, *la geheinne.*

Diminutio

Diminutio raſi capitis, *deboutement de tonſure.*
Ius vtẽdi fruẽdi, *droict de pleine poſſeſsion, et iouyſſance.*
Aucupes audientiæ, *pourſuyuans audience.*
Rei vindicator, *le demandeur en matiere petitoire.*
Profeſsio cenſualis; *le denombrement de ſes biens.*
Nomenclatura, *le denombrement, et le roolle des noms, et ſurnoms de plusieurs choſes.*
Auxilia ferentaria, *dons, et preſens qui ſe font a cauſe des proces.*
Viſcerationes, *dons de uenaiſon.*
Supplicationes antelucanæ, *Requeſtes rapportées de grand matin.*
Præcationes antelucanæ, *matines qui ſe dient deuant le iour.*
Abſtemium ſacrificium, *meſſe ſeiche.*
Euſebiana pira, *poires de bon Chreſtian.*
Mala curtipendula, *pommes de court pendu, ou capendu.*
Auctionis pronuntiatio, *ſubhaſtation de biens adiugez ſelon les uz et couſtumes des lieux.*
Concertare, depugnare & conficere litẽ, *debattre, et uuyder le different.*
Arreſtum præſentaneum, *arreſt donné ſur le champ.*
Emancipatio fundi fieri, dicitur *quand le poſſeſſeur uuyde ſes mains d'un heritage.*
Dicimere controuerſiam, *uuyder le proces.*
Actionis ſiue inditij conſtitutio, *uuidange et deciſiõs des fins de non receuoir.*
Sine captione.i. *ſans preiudice.*
Aedere nomen, ſeu profiteri nomẽ apud acta, *faire ſa preſentation au grephe, ſe preſenter.*
Circumforaneæ fraudes ſtrophæ, & antiſtrophæ, *les ſurprinſes qui ſe font entre les practiciens.*
Coitiones, captiones, ambitus forenſes graſſatu-

rę, *briges, menées, surprinses, tromperies, chicanneries, et meschancetez qui se font en proces, et entre les gens de pratique.*

Scriba causarũ isagogicus, *le grephier des presentatiõs.*

Acta causarum isagogica, *les presentations.*

Solemnes feriæ, Bimestres feriæ, Anniuersarię feriæ, *le temps des uacations des cours souueraines.*

Iustitiæ sacris operari, *uacquer au faict de la iustice.*

Bona caduca, *biens uacquans.*

Antistites curiæ, *les presidents de la cour.*

Tacita fidutia & subdola pactio, *chose faicte par simulation, et collusion.*

Emancipare fundum tacita fidutia, *uuyder ses mains, et aliener quelque possesion frauduleusement.*

Prouocationis remisio, *desistement de son appel.*

Intercesionis remisio, *departement de son oposition.*

Abdicatio magistratus, *demision de son office.*

Iudicialis offensio & forense infortuniũ, *destruction et ruine prouenant de proces.*

Aduersaria sententiarum, *les dictons des arrestz.*

Aduersaria testimoniorum, *la minute des enquestes.*

Venia legis facere, & gratiam sanctionis facere, *dispenser d'une loy.*

Conflare litem alicui, *dresser un proces a quelcun.*

Ius maioris mancipij, *droict de directe seigneurie.*

Syngrapha iudicialis, *appoinctement a oyr droict.*

Syngrapha litis decretoria, *accord decisif.*

Syngrapha à partibus conflata, *acte accordé.*

Formula iuris controuersi, *appoinctement en droict.*

Concertare præfationes forenses, *debatre les qualitez en iugement.*

Exclusus tribus cõsuetis exceptionibus, *debouté des fins declinatoires, dilatoires & peremptoires.*

Curiæ

Curiæ pluteus,ſiue pluteum, *le bureau de la cour.*
Occupare pluteum, *gaigner le bureau.*
Recitatio iurium & auctoritatũ, *la lecture des tiltres.*
Fructus prædiorum aduenticij cenſualis fundi obuentiones, *lots et uentes.*
Ius tranſcripticium, *droict de tranſport.*
Supplantatio,oppreſsio,obreptio, *ſurprinſe.*
Fraudator iuris, abiurator, inficiator, ludificator, detrectator, *trompeur & fuyart.*
Iura fori fœcialia, *compromins, & arbitraiges.*
Remoca litis, *un acrochement de proces, une trauerſe, un empeſchement.*
Eleuare teſtimonia, *reprochez.*
Teſtes conflati, *ſubornez.*
Commendationes teſtium, *ſaluations de teſmoings.*
Refutationes teſtium, *reproches de teſmoings.*
Abrogare fidem teſtium, *reprochez.*
Labefactare, refellere,inſectari, refrigerare, infirmare,eleuare,reprehendere, *idem.*
Commiſſura teſtium, *confrontation.*
Eiuratio magiſtratus ignominioſa, *priuation d'office.*
Clauſula ſolennis, *concluſion accouſtumée.*
Verſura forenſis, *la perte qu'on fait en proces.*
Amneſtiæ edictum, *abolition generale.*
Ius poſtliminij & remeatus, *rappeau de ban.*
Cõſtitutio perſonarum dicitur *quand les qualitez ſont accordées.*
cõſtitutio ſcriptionũ, *quãd les eſcriptures ſont accordées*
Nundinatio iuſtitiæ, *achept de iuſtice.*
Actionis,& cauſæ renuntiatio, *acquieſcement.*
Poſſeſsiones obnoxiæ, *heritaiges hipothecquez.*
Inſignia humeralia, *chapperons fourrez.*
Lites dedititiæ, *cauſes gaignées.*

Lites annonariæ,& ſtipendiariæ, *proces qui ſe iugent par commiſſaires.*
Subſcriptio regij cognitoris, *l'adiunctiõ du procureur general du Roy.*
Reſcribere commentariis aduerſariorum, *reſpondre aux aduertiſſemens de ſes parties.*
Enthimata, *raiſons bien concluantes.*
Codicilli manus emortuæ, *lettres d'admortiſſement.*
Agnoſcere facinus, *aduouer le faict.*
Præiudicia curiæ, & exempla rerum iudicatarum, *les arreſts donnez en ſemblable cas.*
Erroris cauſatio, *propoſition d'erreur.*
Mulctæ commiſſæ pronuntiatio, *& l'amendera.*
Deprecatio fraudis ſexagenariæ, *excuſe de l'amende.*
Morticina poſſeſsio, *heritaige amorty.*
Ius emortui mancipij, *amortiſſement.*
Conticinium annuę diei, & trimæ diei, *faulte de pourſuyte par an & iour, & par troys ans.*
Penſitatio annua, *une rente.*
Claſsicum forenſe camerę, *appellez les aduocats.*
Inclamare nomina reorum deſiderata, *appellez les deffaults.*
Commeatus iudiciales, *les congez.*
Voluminaris audientia, *audience au tour du roolle.*
Extra ordinem, *hors le roolle.*
Calendaria curiæ, *les regiſtres de la cour.*
Venia temporis, *relief de ilico.*
Præiudicia iuris, *preſumptions de droict.*
Circũſcribere cauſam appellationis, *mettre au neant.*
Poſtliminium perſonæ, famæ, ciuitatis, & bonorũ, *reſtitution a ſa bonne fame & renõmée au pays, et a ſes biens non confiſquez.*
Appellationis denuntiatio, *relief de ſon appel.*

Appella-

Appellationis tranſcriptio in intercesſionem, *conuerſion d'appel en oppoſition.*
Iuditium recuperatorium, *iugement de commiſſaires.*
Decreta comitialia, *arreſts dõnez les châbres aſſemblées.*
Decreta dedititia, *arreſts donnez du conſentement des parties.*
Controuerſiæ reſtibiles, *proces deſquelz ſourdent autres proces les uns des autres.*
Album curiæ, *le tableau, et la matricule ou ſont eſcripts les noms des Conſeillers.*
Album deſideratorum, *le tableau des defaillans.*
Calculi impendiorum cõtrouerſi, *les articles des deſpens debatuz.*
Prænotare paragraphis, expungere, decuſſare, *croiſez & raier les articles des deſpens.*
Capita reiectanea, *articles & faicts ſubiects a reiect.*
Capita aculeata, *faicts & articles iniurieux.*
Præcidere capita, *quotez.*
Auctiones, *encheres.*
Bona caduca, *aubaines.*
Arreſta paradoxa, *arreſts ſinguliers, & donnez cõtre l'opinion du peuple.*
Auſpitiis forenſibus inhibere, *par auctorité de iuſtice.*
Commentarios quærulos ædere, *baillez ſes griefs.*
Partum cõmiſſorium, *reſolution du contract en deffault d'accompliſſement d'iceluy.*
Adnotatio bonorum, *confiſcation de biens.*
Repagulum curiæ, & ſeptum, *le barreau de la cour.*
Veſtibulum curiæ, *l'entrée de la cour.*
Recuperator, *commiſſaire.*
Exauguratio ſacerdotis, *degradation.*
Manus ciuilis, *le bras ſeculier.*
Prędium ſuperius, *le fief dominant.*

Prædium inferius, *le fief seruiant, & du uassal.*
Prædium conditionis optimæ, *terre de franc aleu.*
Causa superior, *bonne cause.* Inferior, *mauuaise.*
Grassari & ambire, *briquer.*
Oblatiua diplomata, *lettres du propre mouuement.*
Recepticium crimen, *cas priuilegié.*
Animaduersio regia, *cas Royaux.*
Eam paradigmatica, *cause exemplaire, & de grande consequence.*
Sideratæ causæ, *proces dangereux.*
Redhibitio gentilitia, *retraict lignagier.*
Fundus censualis, *heritage roturier.*
Animaduersiones pontificiæ, *censures ecclesiasticques.*
Imprecationes diræ, *excommunimens.*
Causæ præsentis iuditij, *proces uuidables sur le champ.*
Decuriarum principes, *les presidens des chambres.*
Classis tribunalitia, *la grande chambre.*
Officina diplomatica, *la chancellerie.*
Codicillaris officina, oraculum æquitatis.
Prõptuariũ indulgẽtiæ regię pen⁹ iuris honorarij.
Subsidium calamitatis forensis.
Tirocinium, *chef de œuure.*
Forũ canonicũ, infulare & pontificium, *cour d'eglise.*
Contra infulas pronuntiare, *debouter de clericature.*
Elogiũ curationis fidutiarię, *establissement de cõmissaires pour regir les biẽs mis soubz la maĩ du Roy, ou autremẽt.*
Functiones viatoriæ, *cõmissions pour aller sur les chãps.*
Ius forensium codicillorum, *un committimus.*
Litis scriptę inditium, *proces par escript.*
Offensio iudiciaria, *condẽnatiõ et perditiõ de son proces.*
Instauratio senatus, *continuation de parlement.*
Exempla intentionis, *copie de la demande.*
Nexilis obligatio, *obligation de corps & de biens.*

Alterca-

Altercatrices actiones retractare, *corriger son pledoyer*
Eximere foro, & lite, *ietter hors de cour & de proces.*
Edictũ peremptoriũ, *default emportant gaing de cause.*
Eremodicium circunducere, *rabatre un default.*
Circunscribere, *mettre au neant.*
Representare defensionem, *soy deffendre sur le champ*
Recusare, *deffendre peremptoirement.*
Recusatio, *exception peremptoire.*
Abdicatus à magna matre, *excommunié.*
Suæ professionis tesseram gestare, *porter l'enseigne de son estat, dont on se mesle.*
Extenuationes rescribere, *baillez diminutions.*
Reus intra vrbis pœmeria circunscriptis, *elargir par la uille & faulxbours.*
Ampliare, *elargir.* quousque.
Reus satisdato, vel vadibus ampliatus, vel auctoratus, *elargy a cautions.*
Anticipata testificatio, *examen a futur.*
Dialecti forenses, *les termes de parler en practique.*
Elogium viatoris, *le rapport du sergent.*
Asylum & ius Asyliæ, *franchise.*

¶Isthæc ex Budæo, & Lucio mutuata, & transcripta fatetur Taboetius.

FINIS.

ERRATA SIC REPONE.

Pag. 144. vers. 5. vbi legitur tempus, lege rẽpub. Eadẽ pag. vers. 10. pro forti, lege fortis. pag. 148. vers. 6. lege Tholosanum inueniſſe non iniuria quæritetur, vt in quibus, &c. Eadem pag. vers. 9. dele non iniuria quæritetur. pag. 152. vers. 7. pro mesaunantã, lege mesonautam. Eadem pag. vers. 17. pro obtato, lege oblato.

Aliqua si occurrant vnusquisque sibi restituat, & nostri operis boni consulat.

¶Parisiis apud inclytam Parisiorũ Lutetiam, Anno Domini, 1551. vltima Decemb.

VOGVE LA GVALLEE

GALLIOT·DV·PRE

Cum priuilegio Regis.